talis. post diuinam gratiam. cō
sistit in discretione et charitate
presidentium. quocunqz nomie
cēseantur. pūidentes nanqz sūt
aut esse debent tanqz lex viua
moderatrix legū mortuarū id
est institutionum. Sūt dispensa
tores mysteriorū ministeriorū
dei. fideles ad deū. et prudētes
ad primū Sūt prout Aristoti.
loquit veri epykeie hoc est int/
pretatores legū generaliū. pm
applicationes. ad casus singla/
res. Quā virtutē videtur psal/
mista vocasse equitatē. vbi dic
alloquēdo deū Omnia manda
ta tua equitas Et ita legistarū
imo vulgaris vsus habz dicere
aliquid fieri de bona equitate
Seueritas vēo cōsistit in solis
generalibus verbis legis. ppte
rea nomiant homines hui'mōi
nimis verbis statutorū inniten
tes/litterales. et qñqz inhumāi
tyranni duriq crudeles vtpote
nō attendētes illud etiā puēis
inculcatū. q videlicet ipe qz le/
ges cupiunt vt iure regant. Et
pmittitur dogma nostro ppos
to satis accōmodū. cū dr Ju/
dicis auxiliū sub iniqua lege ro
gato Iniquā intellige legem si
ad iniquitatis et iniusticie tra/
ducat abusū. hinc per sapientē
dicit Noli eē iustus nimis Rur
sus qui nimis emūgit elicit san
guinē Et apud comicū Sūmū
ius est sūma iniustitia.

Duodecima Cōsideratio

Religionis maior
quisquis ille fuerit habet
diligenter inspicere vultū peco/
ris sui iuxta monita sapientisq

prout vtile viderit.sua interest cuilibet prouidere Est itaqz sic ceterorũ hominũ.sic et religiorũ varia valde conditio. Nã et ipsi religiosi quid aliud nisi homies Aliquibus ex eis inest feruor nouicius et zelus vehemens.sed non ꝑm scientiã qui si dimittant suo cursui ruũt tandem in aliquod ꝓcipiciũ Qm̃ zelus sine discretione ꝓcipitat sicut discretio sine zelo iacet vt ait beatus Berñ. Talibus occurrendũ est nec expectandũ ꝙ petant relaxationes in ordine. sed inuiti etiã cogẽdi sunt illas recipere Qui si id ꝑtinaciter renuerint.peccant quidẽ grãdi in obedientia.et vix spes de ꝓfectu futuro de eis haberi potẽt Quippe qui iam sapientes sunt in oculis suis.Jamqz sup seniores suos si vident intelligentes nec se iam putant esse tales qui consilio indigeant maior Porro taliũ quis si haberet iã vnũ pedem in celo.vt loquitur vn̄ patrũ retrahi deberet per altrum.Quia cuz tali vno supbie pede clarũ est ipsum nunqz totum introire celũ Tendit ad ꝗ tota grandis illa osultatio magni antonij.nunqz nimis inculcanda de discretione seruanda quã finaliter esse dixit subiectionem et obedientiã ad superiores Apud quos valet plus autoritas qz ratiocinatio Alioquin potest de facili fingere sibi ipsi quilibet fantasticus sine numero rationes.Nihil est eniz in argumentabile Procedit nonnunquam vsqz adeo corporis inualitudo.cuz perturbatione cerebri.ꝙ valde lesum est rationis iudiciũ.etsi non penitus ablatuz in nõnullis de quib̄ vere et pie pronũciat Hieronymus ꝙ magis indigẽt fométo ypocratis.qz nostris monitis.Nõ enim suã miseriã cognoscunt q̃ hinc eo periculosius quo insensibilius infirmant Culpat nihilominus idem alibi preferẽtes vigilias et ieiunia sensuuz integritati.Sicut allegat et approbat sanctus Thomas ratioqz non discordat Caueat tamẽ in his discipul̄ christi ne ex diffidentia quadã sui auxilij studeat fieri discipulus Galieni.Credat potius et speret quoniam bona dispositõ corporis donũ dei est.qui dat illaz et cõseruat quãdo vbi et quomõ voluerit. Cuius signũ fuit in multis manifestũ qui cuz sũma sobrietate in victu et magna nuditate.et austeritate in vestitu cũ vigiliis supra modũ ꝓspicacissimo mentis acumine viguerunt.Cum et e diuerso dicat Hieronym̄ antiquo innitens puerbio crasso ventre sensum tenuẽ gigni non

posse put nonnullos aliquado inter ciborũ abundantiã cõpertum est cerebri vertiginẽ fantasticam irreparabiliter incurrisse

Tredecima Cõsideratio

Religiõis maior potest aliquos. qui nimis habẽt verecundie.ne dicamus superbie.p̃uenire.verecundia eni presertiz contumax nascitur ex superbia Potest inq̃z tales q̃ñq̃z iuste preuenire cum gratijs.anteq̃z petant eas Potest nihilominus quãdoq̃z ipse expectare q̃ eũ interrogẽt p̃us et cõsulant.si rigor ordinis ad tempus eis intolerabilis videatur.Judicet tunc maior p̃m regulam fraterne charitatis ĩ Nõ dico p̃m dispositionẽ p̃ñ corporis que fortassis robusta est sed pro qualitate conquerẽtis precipue si viderit q̃ cum humilitate non ficta gratiã petat aut consiliũ.Eueniet aliquãdo quod duobus similia petentibus diuersa dabit respõsa Diuersa q̃z dabit consilia non q̃a viciose varia sit virt' sua in acceptione personarũ.sed q̃a prudenter variat iudiciũ.iuxta pertentiũ varias conditiones.q̃s

virtuose discernit Non itaque oportet murmurare cõtra maiorem.si non semper exaudierit nec inuidere alteri qui exaudit' est.verum magis expedit gaudere quia nociuũ quod male io est indiscrete petituz fuerat non acceptũ est.q̃ congaudere fratri in humili charitateq̃ charitatiua humilitate.eo quod o modũ accepit quo necessario indiguit.

Decimaquarta Cõsideratio

Religiõis maior in dispensando debet sibi duplicem oculum assumere Unũ quo cõmune sue religionis bonuz.Alium quo particularem sui religiosi profectũ clare consideret Ratio est quoniã religio maxime conseruatur in stabilitate constitutionũ suarũ sicut et omnis policia in leguz suarũ firmitate.tanquam corpus verum in soliditate neruorum Et fere nihil plus aduersuz est religioni.q̃z variatõ passim fĉa in ostitutõib' put heu exẽplo sũt religiões.q̃s de nõ obp̃uãtia seu lapsas nũcupam'

De religionis

Et ob quid aliud rogo dicat quz ex dispensationibus indiscretis. nunc et antea. sine lege sine ordine. sine causa. saltem rationabili tã multipliciter et inanit factis Unde merito iam non dispensationes. sed dissipationes cẽsende sunt. Rursus ex opposito si seueritas ipius maioris. nulli dispẽsationi odescẽderit. fit apud aliqs sbditos grãde periculuz mortis. aut morte corporali deterior deditio irreparabilis iudicij ratiõis Qd pmittere vbi occurri potest nil aliud est plane quz homicidã eẽ. et pietatem religiose discipline cõuertere in tyrannicã feritatẽ Perpendi ex his pt quãta sit necessitas apud omnẽ religioz qp maior sit circũspectus. nõ cecus non luscus. nõ monoculus nõ impuidus. ita vt vtriqz discrimini velit nouerit et possit. opem ferre. aut p se aut cũ aliorũ si non sibi ipsi satis cõfidat consilio auxilio et assensu.

Decima Quinta Consideratio

pfectione

Religiõis maior

Si dubitet probabiliter de periculo persone querentis auxiliũ. agit securius cõdescendendo interim ipsius fragilitati quz timore relaxationis in ordine cum seueritate neget auxilium Poterit itaqz facilius fiẽi prouisio circa rigorem ordinis seruãdũ in eo postmodũ. q circa alios. quz repararetur ad sanitatem aut vitam. talis egrotus si lapsus est Consonat cuz his piũ illud cõmune dictũ Melius est de nimia pietate quz de nimia seueritate fdargui Quo circa due hic aduertende in maioribus sũt oditiones nõ parũ hãtes e diuerso periculi. Una est debilitas corporalis. vel innata vel accidentalis Una est fortitudo virilis que tolerare valet facile graues laboẽs Prima reddit aliquãdo hominẽ nimis compassiuũ quoniaz didicit ex his que patitur compassionẽ. Altera vero iudicãs alios pm suas vt aiunt bases seu vires fit debito plus rigida q austera. Uñ eueniet nõ nũquã iusto dei iudicio. vt hi tles nimis alijs duri incurrant debilitatez etsi nõ semp in florida iuuẽtute

saltē in marcida senectute p quaz
discunt tūc alijs oculis intueri de/
biliū nēitates qz ex ante cōsueue/
uerunt et sic pij efficiunt tandem.
etiam inuiti. dicentes cū apostolo
Non eni audeo loqui quicqz eorū
que per me non opatur xpūs Cui
sentētie inherens quidā pater seni
or renuebat iuniores fortes alijs
fratribus presidere. quāqz nō nū/
quā tamē iuniores vtilius qz non
nulli seniorū preesse inuenianť Sz
pater iste oculū direxit in id quod
contingit omunius.

Decimasexta Cōsideratio

Religionis maior
non in sua tantūdem pru
dentia. verū etiam et multo āpli°
de diuina gratia per orationē se/
dulam postulata. debet confidere
in dispensatōnibus exercēdis Ita
eni discipulus ille quem diligebat
iesus loquitur Quoniā vnctio ei°
docet de oibus. Nec de hoc silu/
it. Aristotl. sed consone ait. quia
virtus opatur certius qz ars Sic
deniqz fiet vt meritis et precibus
humilis et pij pastoris ouicularū
suarū necessitatibus per se proui/
deat bonus q sūmus pastor q ipe
verus celestis medicus Vide nūc
an non ita de medicis corpis sua/
serit sapiens Ipsi inquit dominuz
depcabuntur. vt dirigat requiem
eorū et sanitatē ꝓpter conuersati/
onem eorū. Tu vero qui religioni
subiectus es. pete pri° a domino
instantissime consiliū. non quidem
expectans illud ab eo immediate
aut per mediū āgeli. quasi per mi
raculū tibi tradi. sed per maiorez
tuū Cuius os obseruare cōuenit
tanqz dei loquentis in eo et p eū
Sicut et vere credenduz est. quia
vicarius dei est. et locutionis dei
in hoc organū. nisi forte peccatū
ipsius cōsulentis obstiterit p diffi
dētiā. cordis fictionē. aut als. p/
ut nōnunqz contigisse. et ꝓtingere
posse clarum est Quāuis nunc
itaqz possz ex predictis elici disso
lutio quesitorū dubiorū nihilomi/
nus placet descendere adhuc pa/
rūper ad particularia. Quoniā in
moralibus particulares ꝓmones
magis erudiunt. Et fiet restrictio
ad celebrē sanctā qz Carthusien.
religionē sub omni reuerentia q ti
more. non tam docentis fastu. qz
rememorantis pio affectu ea que
quasi in genere ꝓmissa sunt.

Decimaseptima Cōsideratio

Religiōis Carthu
sien maior. potest in casu
dubij scdo ꝓpositi. absqz vllo du/
bitatōnis scrupulo concedere lau
tiorē victū sic pclitanti et petenti
imo et nō petēti debz ingerē. Dū

cognoscit esse talis. potissime cuz possit in hac religione cōpetenti' seu facili' indulgere magis sine nota singlaritatis et absqz murmuratiōis occasione ꝓpter solitariaz in cella refectionem. Addā verbū vnū quod fuit vt accepi responsū per patres diffinitores in Capto generali eiusdē ordinis cuidaz inquirenti dum fiebat gratia generalis siue illa pietācia siue aliē nominetur Ad ꝓpositū sic Ego inqt ille sentio me nō indigere tali gratia Nūquid ergo ꝓpter conscientiā teneor abstinere ab huiusmōi gratia et eam nō accipere Ut patres illi Etiamsi tu nec paruū quidem bolū seu morsum accipere indigeas Nihilominus accipe gratiam que prestatur. reuerenter. et vtere cū gratiarū actione Et certe meo iudicio prudentissime vt sic in tali fratre singularitas vitareē. humilitas seruaretur. murmurqz q̄ indignatio ab alīs secluderetur

Decima octaua Consideratio

Religiōis Carthusiensis maior in casu tertij dubij consiliū et licentiā cōcedere fas habet vt petitur presertim in orationibus non necessarīis et peculiaribus Tutius tamen est vbi non fit dispensatio/officiū lingue non penitus omittere Quoniaz illud tenuissimū et faucibus orātis interclusū sufficit. nec potest notabiliter aut piculose grauare Dbū dat q̄libz in sensu suo iuxta Dpli sēntiā. Sūt pterea qui tempe vocalis orationis pīsertim laboriose non studiose insistunt meditationi sed expediūt orationē suaz alacriter cum attentione cōmuni. q̄ten' postmodū liberioēs habeant animos ad meditandū vel cum silentio orandū. Docuit nonnullos experientia sic agere consulte ex sue cōditionis necessitate eo ꝓ cū vocis sono etiam satis tenui neq̄ant suam stabilire meditationē prout in casu primi nostri dubij querela fit Fortis profecto. fortis et felix videtur is cui a deo donatum est simul spiritu oris et deuotōe mentis. deuotione inqz tali qualez sentiunt in silentio ipsi cōtemplantes domino suo seruire Sed rara est valde hec gratia ꝓpter humanaz infirmitatem partim. partimqz ꝓpter nostrū torporem. nec etiā huiusmodi gratia est ab omnibus de necessitate et sub obligatione req̄renda aut exigenda.

Decima nona Consideratio

Religiōis Carthusiens. maior. fratres suos habet inducere quatenus non minus ei respondeant veritatem de

suis virtutibus dum interrogant
qz de suis vicijs et defectibus Ra
tio huius quoniã periculosissime
sepe sub tegumẽto ⁊ velamine vir
tutum se vicia palliant. Exposuit
hoc inẽ alios imo sup̃ alios Egre
gius ille morum indagator Bea/
tissim⁹ papa Gregorius in diuer
sis et pene singulis moralib̃ suorũ
locis. Nec in ꝓposito satis sit ex/
emplũ de lachrymis de quib⁹ pri
mũ nobis obiectũ dubiũ inquere
bat Itaqz caueas tibi quisquis in
religione presertiz sic austera sicut
est de qua loquimur conuersaris
a laqueo quem venantes abscon
dunt demones. in omni quod co/
gitamus quod loquimur qd̃ agi/
mus Itaqz laqueos ploram⁹. la/
queos. loq̃mur laqueos comedi/
mus et bibimus. laqueos nectim⁹
in cunctis operibus nostris Nec
sufficit contra tot laqueos reme/
dium aliud efficacius qz ex senten
tia dicere cuz psalmista Oculi mei
semp ad dominũ quoniã ipse euel
let de laqueo pedes meos Fuerẽt
locuti de lachrymarũ conditione
multi Et ferme nihil mentem no
stram sic purgat illuminat et sere/
nat vt profunda compũctio et la/
chrymarũ inundatio Verum id
quidẽ si obseruaẽ illud ne quid ni/
mis Fit autẽ nimis dum ex his in
curritur euacuatio et turbatio ce
rebri. dum p̃terea flens reddiẽ im
potens ad opera sibi de necessita
te faciendum incumbentia vel ex
voto vel ex p̃cepto vl̃ ex superioris
instituto Est fateor in lachrymis
aliquid dulcem mulcebre. sed ꝓcul
sit hec dulcedo que criminis ama
ritudinẽ per p̃uaricationẽ partu/
rit. et que vulnerat suffocatqz na/
turã Est igitur abijciendã nõnun
qz hec lachrymarum profusio Et
nescio si lachryme inde fluent vbe
rius quia lachrymari vel nõ licet
vel non decet vel nõ expedit Ita
qz eni qñque videẽ Nihilominus
tamẽ oportet vt ꝓhibeantur sepe
Quia nẽcaria preceptorũ regulari
um disciplina/ preponenda est la
chrymis tam extortis ⁊ mendica
tis qz infusis et placidis. Eadem
eni est causa de huiusmõi lachry/
mis que de sentimẽtis spiritualis
dulcedinis et sẽsibili suauitate cur
hec sepe non expediant ꝓter plu
res respectus. prout de hoc alibi
traditũ est Propterea prudẽs re/
ligiose fuge quantũ poteris inte/
rim tales lachrymas qm̃ haut du
biũ latz anguis in herba Dũ aũt
om̃ino tuus fueris seu dispensatõ
ne superioris seu diuina ordinatõe
tũc illis vtere. illis te inebria. illis
te refice. suauissimũ tibi balneum
mentis in illis frequenter instrue.
Secus vẽo vbi tuus nõ es. sed or
dinis et ꝛmunitatis. ac carcerali
quasi obseruatione sponte quidez
et vtiliter (nisi recalcitres) manci/
patus. ꝛpedibus charitatis ex ꝓ
fessione tua volũtarie facta pro
xp̃o astrictus.

De religionis perfectione

Vicesima consideratio

Religiosis Carthusiensis maior in casu primi dubij positi q̃ ad orones publicas et canonicas habz cũ magno pondere libzationis attendere q tales orones nõ sũt vt ita dicam' facticie seu voluntarie per religionem Carthusien institute sed per sedez apostolicã aut sedentẽ in ea sũmũ pontificẽ generaliter p vniuersaz xpianã religionẽ ordinate Verũ tamẽ q he orationes dicant alta voce vel summissa publice vel ad partẽ hoc spectat ad ius positiuũ q p dsequẽs ad maiozis arbitriũ Inde in hoc in omni religione dispensatio potest indulgeri quãtũ religionis vigor pati pot. Quo circa vulpeculã in primis capi op primiqz oueniet duz inducit in vineã domini sub hoc tegumẽto q dns pensat cor non verba Pẽsat credite pensat dns verba multiplici ratiõe noiatim q̃druplici Ad sacrificiũ laudis. ad exercitatõnem corporis. ad meritũ satisfactõnis et ad prestandũ exẽplar primis et laicis Nolo igit dicat mihi religiosus aliquis q dns pẽsat cor nõ verba Cũ apls dixerit Orabo spũ. vocez intelligens ꝑm glosas exorabo et mente Et Ambro. in Imno Os lingua mẽs sensus vigor cõfessionẽ personet Nolo sic ꝑsumat solitarius dũ in cõmune venerit vt se dignuz reputet sola cõuentione. vt societatẽ seu oueniuz spernat in pari exercitatõe. vt voti sit immẽor in sua dfessiõe. vt querat hic remunerationẽ transitoriã pro eterna beatitudie. vt ecclesiaz dei deniqz superbe dtẽnat in sua iussione et psonali missione. Demuz si necessitas put q̃nqz fit vrgere videat p valitudine corporis aut mentis. Nolo phibere nolo dtentiosus esse Nolo tyrãn' nolo crudelis tortor inueniri Sed tamẽ nolo etiã te tibi soli cõmittẽ Fallit nos amor alienus in iudicando. quãto magis igitur amor prius Lucifer inde corruit Corruerũt inde omnes qui operãtur iniquitatem Expectes igitur volo expectes iudiciũ maiozis tui Crede iuxta formaz sancti Bernardi semp magis iudicio alieno et maxime tui superiozis q̃z prio qm̃ ille vice dei tibi dicet si petitio tua liceat si expediat si deceat. non tm̃ pro salute tua sed pro conscientia quoqz sua. necnõ si pro fratz tuoruz pacifica omunicatione. imo etiã p generali ipsi' ordinis cõseruatione Et vt non fallatur supior tuus in consulendo. tuũ sit humili pietate deum iugiter exorare vt tuas per eũ in cuius te manib' cõmisisti vias dirigat Vet' puerbium ẽ a Seneca positũ Cãpus docet pugilẽ Ad qd spectat illud q visio dtrectatio et allocutio egrotãtis docet medicũ q̃d agẽ dẽat.

Nō aliter est de medico spirituali Fiūt enī curationes nō hois sicut loquit Aristl. sed huius hois quo fit vt singularia que nō cadūt sub arte referri debēt ad iudiciū prudentis in arte sua Possent ista laticori deductione pduci p mēbra singula ꝗ eplaris āgustia tātundē scpsisse otenta sit Bene vale pat dñe Frater medice charissime Et oremus pro inuicem vt saluemur.

Scriptū lugduni penultima octobris. Anno dñi nri iesu xpi M.cccc. xxij.

Conclusio Epilogans

Respōdere oberis qz necesse erat conat' sum qstiūculis p te missis Guilhelme pater et frater in xpo Charissime sub duplici ōsiderationū denario sup religionis pfectōne ac moderamine Suadēs vt lachrymis ponatur modus vt in cōgregatione vocalibus intendat exercitijs/cōseruādo vires ad hoc ipm. vt insup nulla lautior. victus cōcessio desuper facta repudiet siue illa fuerit pria siue singularis siue fuerit omunis seu vlis. Ut deniqz orōnes in cella que sub pcepto pptim ecclesie cadūt ore offerri. et pferri nō omittant. nisi forte id fieret de ōsilio ꝛ licentia supioris cū plato oretenus fieri possit vtiqz tenuit et absqz piculoso vt apparet grauamine Attēto potissimū Etiā/ꝙ quia fit ab institutione et nomine eccie aut ex regulari ordinatione. orans ipe sic ore / ex hoc multum meret Primū qa obedit. scdo qa oris sacrificiū reddit. tertō satisfactorium pro pccis ex labore agit qrto otiū excutit quod facile surrepere solet in sola mentali oratione seu meditatione Facit ad hec illud apli psallā spū psallā et mente cū glosa ordinaria que si place at videatur.

Explicit Opusculū Magri Jobis Gerson Canonici parisien. de Religl. pfectione et moderamine qd tanqz eplarē rnsionem misit dño Guillermo minādi mōcho dom' Carthusie maior. olim Reuerendi pris dñi Cardinalis dñi Galuciarū medico sibi familiari Instanti pro hoc ꝛ pro serenatiōe cōscientie sue litteratorie petenti ꝛc.

Anno gre. M. cccc. lxxxiij primo die p' festū Annūciationis beate virginis.

Tractatulus doctoris consolatorij venerabilis Mgri Johannis Gerson Cancellarij parisien de meditatione

Prima consideratio

Quid sit meditatio et de triplici oculo.



Meditatio cordis mei in conspectu tuo semp Felix certe qui cũ Pheta pt ex sententia dicẽ verbũ istud Sz videamus primo, quid sit meditatio cordis. non pro carnali sed spũali corde. Est aũt meditatio vehemẽs cordis applicatio ad aliquid inuestigãdũ et inueniẽdũ fructuose. Et hec applicatio fortis hz difficultatem que qñqz est maior qñqz minor. Qd vt intelligam' presuppo / nam' ex creditis. et ab experientia cor nostrũ conditũ esse. et hre tres spẽs oculorũ. Oculos scz mentales rationales. et sensuales. Et ex illis est vtrobiqz vn' ocul' in cognitiõe et ali' in affectione Fũdat hec distinctio in quadã alia distinctione q distinguim' hoiem hre portionẽ seu faciem rationis duplicem Quarũ superior vertitur ad leges eternas altera ad tẽporales. neutra tñ in actu suo dependet ab organo corporeo. Sub istis est ratio demersa corpi que sensualitas appellat Primus hoc oculorũ vocat ab aliq/ bus ocul' mentis. Alter ocul' rõis Terti' oculus corpis.

Secũda consideratio

Iste triplex ocul' p peccatuz cõturbatus est.

Fuit ab initio bene cõdite rationalis creature tal' ordo. ordinisqz trãquillitas q ad nutũ et merũ imperiũ sensualitas rõi inferiori / et inferior ratio superiori seruiebat Et erat ab inferiorib' ad supiora pn' et facilis assensus facente hoc leuitate originalis iusticie subuehentis sursum corda. quẽadmodũ naturaliter ignis sua leuitate fertur sursũ At vero p' qz aduersus dñm supremũ ingrata proditio demeruit auferri hanc iusticiam originalẽ. subintrauit põdus grauissimũ cõcomitãs peccatũ. qõ miserã et captiuam animam trahere nõ cessat ad infima tanqz circũligata sit funib'. catenis et cõpedib' vincta. et in mendicitate et ferro. Sicqz mõ mirabili. imo confusione miserabili est facta ordinis priozis conuersio. imo peruersio. q in hoie sic merso tenebris et carcẽ ceco. conturbat' est in ira ocul' vtriusqz triplex per infectionẽ in sensualitate. per obnubilatiõem in inferiori rationis portione. et per quãdã excecationem in rationis portione superiori

Tertia consideratio.

Meditandi difficultas prouenit ex pena peccati principaliter

Habem⁹ ecce primariā cām difficultatis q̃m in meditatōe sentim⁹ q̃m in habēdis sp ad dñz oculis exprimur. facit hoc penalis grauedo deorsū iugiť impellēs. quēadmodū videre ē sensibiliter in aqductu. qui tota facilitate defluit in ima. cōtineť aūt/cū sursū leuať. nō tñ cū violētia. Nō aliť ē de hūano corde qđ ad infima pnum leuiter effluit. hacqz illac veluti sine retinaculo vel labore descendit. Qm̃ facilis ē vt ait poeta descens⁹ auerni. Sz reuocare gdū superas qz euadē ad auras : hoc opus hic labor est.

Quarta cōsideratio

Meditatio non solū fit in cognitiua sed etiā in affectiua

Perscrutemur osequēter ex pdictis naturā seu pprietatem meditatōis qm̃ ex hoc ipso qz nēaria nobis ad deū tēdentib⁹ existat videbim⁹ Dixim⁹ autē et repetim⁹ q meditatio ē fortis q vehemens applicatio vel attentio ai ad aliqđ inuestigandū et inueniendū fructuose. Addim⁹ fructuose. ne meditatio vgat aut in supstitionē aut in curiositatez. vel in melācolicā stoliditatez. Dicam⁹ ergo opledētes q meditatō ē vehemēs et salubris ai applicatio ad aliqđ inuestigādū vel exprimentalr ognoscendū. Ponim⁹ ß vltimū ppť naturā ipi⁹ affectiōis q diuersa sortitur noia pportiōalr ad ordinātōez cognitōis. Nō etiā pt aliter affectio ognosci qz exprimentalr. per eū qui p eā afficiť Quā exprimētalis affectōis cognitiōem nō pt eā hās in alium verbis qbuslibz fundē. nisi sitr affect⁹ sit ille aliť. Qm̃ sol⁹ nouit sicut in apoc. scribiť. q accipit. Propterea vocať mānā abscōditū Erēpluz ē pspicuū in illo q nouit dulcedinē mellis solū p doctrinā. sicut medicus san⁹ noscit infirmātis dolorez sbec āt dulcedo a gustāte. et ß dolor ab egrotāte lōge alr ognoscūť

Quinta cōsideratio

Meditāti necessaria ē lōganimitas vt ignis deuotiōis ardeat.

Perpēdim⁹ ex his qz pfunde sensērit pßa naturā meditatiōis dū ait In meditatiōe mea exardescet ignis Vtrūqz etiā amplex⁹ est et lumē in intellectu et ardorē in affectu. Quātū ro sit difficile. q ignis deuotionis spūalť exardescat flatu meditationis. fiet notū desiderātib⁹ ignē materialez dū qriť a lignis aquosis viridib⁹. a luto respsis elici. Suffla q̃ntuz potes. itez atqz itez multo conatu resuffla. emergit plurim⁹ ab initio fum⁹ cōturbās oculos, vix emicabit scintilla q mox euanescit Dispges forsitan iratus ogesta pus ligna si nō in lōganimitate pstiteris quam lōganimitatē appellam⁹ ß meditatiōez aut meditatiōi coniūgendā.

Sexta cōsideratio.

difficile valde est dare regulam certā de modo meditandi.

Meminim' aliqs nos scripsisse doctrinas vel industrias nedũ latino ꝗ q gallico sermone sup hnda meditatione tali licet fortassis vsi sim' alijs ẉmis vt/ pote i tractatulo de mystic. theologia pte ea q̃ praxim hui' docet et in altero de mõte ꝺtẽplatiõis edito. alteroqz rursũ de mẽdicitate spirituali oposito Veniqz tãta repit difficultas tãta pro diuersitate hominũ varietas in practicãdo doctrinã vere sceqz meditatiõis ꝙ an silẽ vel aliqd scribẽ ꝺsulti' sit, videor egomet mihi qñqz sub dubio. hincinde mente fluctuare.

Septima cõsideratio

Meditatio ẽ vtilis ad ꝺtẽplationẽ q piculosa ꝑpt indiscretionez

Dum enim recogito ꝙ absqz meditatiõis exercitio null' secluso miraculo dei speciali ad pfectiõez ꝺtẽplatiõis dirigit aut puenit. null' ad rcissimã xpiane religionis normã attingit imo vix se oponit audeo zelãs sce meditationis studiũ suadẽ Atvo dũ totiẽs exptus picula sedul' recogito difficultatẽ q arduã raritatẽ pueniẽdi q̃ trahẽ meditatio nitit ego qi torpẽs et stupid' efficior Sz qsierit qs q̃ pacto sic euẽiat (qd nimix freqnter exptũ ẽ) vidlz vt ꝺtigat studiũ meditatiõis ꝺuerti dilabiqz vel in morbũ melãcolice passionis ꝑpter imoderatiõez vel ꝑpt supbiã dari in reꝑbũ sensũ diabolice illusiõis? Ex meditatiõis abusu id fieri sciat

Octaua cõsideratio

abus' meditatiõis ꝙ ꝑt abusui vini respectu febricitantiũ.

Annuducam' id qd dicim' Scim' vinũ in iocũditatez et hõis salutẽ ꝺditũ eẽ Sic ei scriptura sic rõ loqt Videm' tñ ex abusu potãtiũ ꝑsertiz dũ febriũ discrasia laborãt ꝙ pot' vini alias salubris cãt vel egritudinẽ ãpliorẽ vel maniã vl furorẽ q qñqz mortẽ Nos ãt filios adã qs egrotos. qs febricitãtes esse pessimis aie febrib' negauerit? Quib' ꝓtũtur in nauseã et amaritudinẽ diuinoꝝ eloqorũ ꝓba. qb' in fel ꝺuertit suauissim' vini ꝓbi panis. Heu miseros nos. heu qz ex intima ꝺsideratiõe tal mi serie ꝺclamauit aplus. Infelix ego hõ qs me liberabit de corpe mortis hui' Et subiũgit Grã dei p ihz xm

Nona consideratio

In meditatiõe assit discretio quaz parat expti et boni viri ꝺsultatio.

Quid agam' ergo qd dicim'? Ibim' ne ꝑcipites per abrupta vicioꝝ? Ibim' ne p desideria cordis nri. et in adiuentõib' pessimis despati sine freno sine lege sine ordine? Nũqd sufficient nob cogitatiões inutiles vage istabiles sordide fluxu sõnioqz sublime q̃ nõ ꝺsolationẽ vel edificatiõez allature sũt ꝗ desolatõem mestissimã et ruinã oblectãtib' se in eisdẽ Rñdebim' neqqz ita fieri debẽ ꝗ assit discretio moderatrix in oib'. quã

nō securi' hre p' diuinā grām po/
terim' qz p sedulū et securū alteri'
expti nosqz diligētis q agnoscētis
dsiliuz. Clamat Arl. voce expientie
dicēs q ars q vt' sē circa difficilia
vt ars pingēdi. ars scribēdi. ars ci
tharisādi. vtus castitatl. vt' fortitu
dis. vt' sobrietatl. sHoc vo sic intel
ligēdū ē q ab initio vt' q ars mul
tas in adqsitione sua patiunt diffi
cultates. dū vo fuerint adqsite fa/
cilia sē eis oia. Pingit facilē pictor
exercitat' in arte. Sic de scptore q
citharista videm' ita vt dicē cogēt
idē Arl. q ars pfēa nō deliberat tā
Cibi facit ē act' suus

xx. cōsīd. Consideratio meditan
tis ad scribētē ꝛc. studiose vel inad/
Quimur ista opatio Cuertent
ne dū de meditatōne loqmur
Attendam' q in trahēdo psertim
lineas picture vel scripture. difficul
tas nlla ē. sic nec ec discursionis di
gitoz p citharе cordas Inuenim'
sliter i cogitatōe. nō ei difficulē vl
laboriose nūc B. nūc illō put occur
rerit cogitat. Qz qz nls inde resul
tet fruct'/ vides i sic pingēte. sic scri
bēte. sic citharisāte Ita neqz prsus
i sic cogitāte. imo cū se talib' vagis
cogitatōib' oblectauerit vt dic Se
nec. estis remābit. porro laboriose
studiose q attētissime cū mira tardi
tate pigēdo. scribēdo q citharisan/
do fit qnqz vt bn q celerē ista fiāt.

xi. cōsīd. Ex vaga cogitatione
nō surgit meditatio. Iz
De meditatōe bn fit otēplatō
Porsū ista! Nimiz vt ondā/
mus quemadmodū de cogitatōe
nullus vnqz proficiet aut erīget in
meditationē qnto min' in otēplati
onē. Ex meditatōe vo q sūmā hz
difficltatē. si bō fide. simplici corde.
q discreta diligētia exerceat. pueni
em' ad hāc pfectionē q absqz vlla
difficltate fiet apud nos fructuose
qd sūmo meditatōnis studio oqrē
voluim'. Ita deniqz trāsibit medi
tatio i otēplationē. nō ei differt me
ditatio a otēplatiōe nisi penes faci
le et difficile. qm vtrobiqz ē fruct'
aliter qz in cogitatione.

xii. cōsīd. Contēplatio tā q ad
affectū qz q ad intelle
Describit Actū describit
at otēplatio q ē liberq expe/
dit' mētis intuit' in res pspiciēdas
vsqueqqz diffusus. Et B q ad otē/
plationē q respicit intellēm Porro
q ad otēplationē q dsistit in affcu
q in praxi/ describit eā Hugl. q ē p
subleuate mētis iubilū. mors qdā
carnaliū desideriozz. B ē gustāe qz
suauis ē dns. Quē gustū sequit lō/
ge alia ognitio qz fuerit itellcualis
solū visio seu quedā auditio p fide
aut scripturā.

xiii. cōsīd. Meditatio i pncipio
difficilis p exercitiū fit facilis
Meditabit ecce aliqs gemēs q
suspirās vt colūba. dicetqz cū
Pba. Meditat' sū nocte cū corde
meo excitabarq scopebā spm meū
Faciet B anxie difficulē et laborio/
se. nūc recogitādo annos suos in
amaritudie aie sue. nūc iudicia dei
q sūt abyssus mlta in celo sursū. et
in tra deorsūq ita de reliqs circa q
versat meditātis intētio vehemēs

vt ea q̃ meditat vel cogitat limpi/
di⁹ ac firmi⁹ velut i affectũ trahat.
efficiet tandẽ. vt hec oia tãta facili
tate ꝛcogitet ⁊ sapiat q̃z facilꝫ ẽ ipa
cogitatio. Docent nos exẽpla p̃di
cta si dubitam⁹. Nõ eni pl⁹ laboris
hz scp̃tor pictor ⁊ citharista bñ agẽ
do qd optime didicerit. q̃z vag⁹ et
van⁹ aliq̃s ab initio discurrẽs sine
arte ⁊ ordine p lineas scripture vel
picture. aut p citharc cordas

xiiij consid. Meditans q̃ntun
cunq̃z exptus la/
borẽ necesse est vt semper sentiat.

Hoc endũ est ad premissa nihil
homin⁹ q̃ vir aliq̃s ẽ i arte sua
sta peritus. quin assidue ad aliqua
vl cognoscẽda vel agẽda posset p
ficẽ. q̃lia ncẽe ẽ. vt cũ labore nouo
audiat ⁊ practicet Mlto magl. hoc
vep ẽ in ipsa de q̃ loq̃mur. medita
tione q̃ nouos ꝓvitatis aut deuoti
onis iugiẽ parere fetus studet. Qz
nõ deest parturitionis dolor ꝓpẽ il
lud maledictũ spũalẽ intellectũ In
dolore paries filios. Nõ tñ memi/
nit pressure ꝓpẽ gaudiuz qz nat⁹ est
sibi nou⁹ cognitõnis aut affectõis
sancte fetus in mundũ

xv. consid. Mondũ purgati hñt
loco meditatiõis gra
ues cogitationũ tentationes. q̃b⁹
timor dei est necessarius

Venit ãt ab initio frequenti⁹
vt dũ aliq̃s nõdũ purgat⁹ vi
ctis satagit meditari vt colũba/me
ditabitur q̃i vetus simea dolos ⁊
odia. meditabiẽ vt canis rodẽs iu
rta ꝓbũ satirici rabiosa silẽtia. me/
ditabitur q̃z q̃ũ sordida sus fedissi/
mas corde voluẽs ⁊ fuoluẽs cana
lũ turpitudinũ cogitatões. Quid
porro de blasphemie spũ q̃z abomi
nabilꝫ. q̃z horrend⁹ nõnũq̃z insurgit
certãs meditantẽ loquendo aduer
sus deũ ac sc̃os ei⁹. ingentia tã exe/
crãda q̃ nec ea fari licitũ sit. Hinc
q̃z adhiciunt et inficiunt pene vsq̃z
ad cordis intima infidelitatis iacu
la. Spei nllꝫ manet loc⁹ oia sẽ gra
uia. Etiã tedio ẽ ipa vita Baratꝫ
despationis vndiq̃z patet Ñ ꝓpẽ
hꝫ talia manifestat expimentũ q̃z
rectissime sapiẽs dsuluerit cuz dice
bat. Fili accedens ad seruitutẽ dei p
para aiaz tuã ad tentationẽ. Sub
iũgẽs psidiũ securissimũ. Sta in ti/
more. btũs ei vir q̃ sp est pauidus

xvi. consid. Nou⁹ meditãs de bz
credere suo directori
⁊ de iuisibilib⁹ ad iuisibilia conari.

Quidus ꝓo sp/quõ btũs q̃i ẽt
aliq̃s. dũ timor addit timori.
scrupul⁹ scrupulis pusillanitas pu
sillanimitati. psertim dũ nõ adest as
sidue dsiliator dux ⁊ pmõstrator iti
neris. artiq̃ recti? Si ꝓo talꝫ (q̃ ra/
rus ẽ hñs artẽ pariẽ ⁊ pietatẽ) fue
rit forte inuent⁹ cũ ocio nouũ medi
tantem instruendi q̃ntũq̃z licuerit!
Felix q̃dẽ erit ipse nou⁹ tyro. si tñ p
tin⁹ absq̃z vlla trepidatiõe patus ẽ
credẽ dsilio Qz o q̃tiens bone iesu
q̃tiens hesitabit ⁊ idez repetet itep
itepq̃z q̃i falli reformidãs. Scripsi
q̃dã sup hmõi scrupulis in tracta/
tu de ꝓparãdo ad missã. Aliq̃ etiã
silter de cautel⁹ otra spũz blasphe
mie dirissimũ. Aduers⁹ q̃ remediũ

optimuz ē otēnē nēc curare ḡnpo/
ti' irridē neqz sup his solicite ofite
ri nisi forsitā in ꝓncipio ꝓ cautela
hñdo ofilio ¶De scrupul' q̄z teneat
hec regla q̄ aduers' eos agēdū ē
si sit prudēs aliqs exp' ofiliator
dictaucrit aut iusserit ¶Nec aget i B
otra osciaz demeritorie/dū illā ad
ofiliū sapiētiozis p rōnis libertatē
ab aio suo mutat et deponit q̄z uis
assidue sēsualitatis remurmuratio
sētiat.¶Alioq̄n nunq̄z fit i pace deo
loc' cordis.¶Rurs' aduertendū.qm
sic docēte ¶Arl.¶Dis nra ognitio ve
nit a sensu.et iterꝝ q̄ nce est oēm in
telligētē fantasmata speculari.¶Sic
originat meditatio cordis nri a sē
sibilib' q̄ figurata sē et colorata ac
ceteris accidētib' tpis et loci circū/
uoluta.¶Hinc sūt meditationes cō
scripte.hinc imagines picte vel scul
pte.¶Hinc generalit fit illud psalmi
ste Meditat' sū in oīb' opib' tuis
in factis manuū tuarꝝ meditabar
Que vtiq̄ fēa sē cordalia sic et opa
Nihilomin' debz assurgē meditās
et vltra ꝓgredi veluti p scalā aliq̄m
ex visibilib' ad inuisibilia.¶Sic dicit
apls q̄ inuisibilia dei ex his q̄ fēa
sē intellēa ospiciunt.sēpitna q̄z vt'
ei' et diuinitas.¶Proptēa docēs nos
a cordalib' ad spūalia migrare.di
cebat.¶Etsi xpm ꝑm carnē cognoui
mus.nūc tñ ꝑm carnē nō nouim'.

Xviij.cōsīd.

Meditans venit ad
picula ꝓter supbiā
et ꝓter carnaliū imaginationem

¶Ampli'vo addim'.¶Compertū
ē sepi' q̄ volētes intendē me
ditationi/si nō discrete hoc fecerint
decidūt vel in tentationes et illusio
nes diaboli ꝓter eorꝝ (lz latentē)
arrogantiā vel efficiunt fantastici
et melancolici ꝓt fixā nimis et radi
catā atq̄z ꝓ fundatā in reb' cōrpa
lib' imaginationē.¶Que q̄ñq̄z ꝓten
dit vsq̄z ad insaniā ¶Supest imago
mulieris lapidea cui' inspectiōe ni
mis crebra q̄dā fact' ē philocapt'.
quēadmod de pia nimalione et sua
imagie narrāt fabule poetice.et de
narciso q̄ ꝓpriaz in fonte plucido
speculās imaginez.sic in ei' forma
stult' hesit vt occūbēt ¶Potuerāt B
plima dici de causis et modis hmōi
lesionis vtutis fātastice.¶Jō q̄ vigi
lātes patiunt somniātib' silia.¶Et B
vocatur gallice Reuer vel Reuerie
Ita vt reputēt ea q̄ in sola fātasia
vsant interi'.exteriozib' ꝓcipe sen
sib'.¶Notū est B in maniacis.¶Notū
ꝑterea i q̄busdā melācolicis q̄ nō/
nunq̄z volūt se deuotos meditati/
uos q̄z dici et putari.¶Quos hmōi
ꝓfūdata circa cordalia fātasiatio
facit errare multiplr eo vsq̄z vt vel
in eleuatōe corꝝis xpi vel i alia re/
cogitatōe sua existimēt se videē rea/
lit deū crucifixū aut sub alia q̄uis
fātastica fōr cordalt.¶Putātq̄z alij
se voces audire tanq̄z xpi vel alic'
scōr.¶Qua sup re ꝓ assignatiōe na/
tural cause diuersa sē a diuēsis scri
pta volūina.de q̄b' nō ē nūc dicen
dū p singla.¶Cōsurgit B difficul
tas nō modica q̄lit videlz sciri pos
sit distictio int reuelatōes veras et
flas.¶An fuit ab angel lucis a tene
brarꝝ.¶Doc ē a scis angel a diabol
¶Quas reuelatōes vtiq̄z abnegare
nō possum' fore nōnūq̄z a pturba
tis fātasmatib' et erroneis.¶Felix ꝓ
inde q̄ i lege dñi meditat die ac no
cte si tñ comes fuerit discretio quā
solā parat hūilitas captiuās oēm
intellectū in obsequiū fidei.et sp ali
eno magis q̄z ꝓprio credēs iudicio

¶Finis.1285.ipo die valeriani

Incipit tractat' de simplificatione. stabilitione. seu mundificatione cordis doctoris desolatorij. M. Jo. gerson Cancellarij. pariß

Prima notula. De vi abstractiua intellectus

IN simplicitate cordis querite illū. sicut sapientis exhortationē. hanc simplificationē cordis illi facere nequeunt q̄ sunt in se multiplices varijq̄z. Propterea necē ē spūale cor aie qz caro nō potest quicq̄z ad vnitatē recollligi. si cauē debeat periculū q̄le notauimus in fine tractat' alteri' ibi hoc vo quō fiat explicare difficili' ē. q̄z q̄liter nō fiat agnoscē. Et q̄dē apd eruditos in pbiis disciplinis hēbit ista manuductio nra pma min' difficultatis. Nolet itaq̄z nr intellēs vi abstractiua q̄ longe pfectior efficaciorq̄z ē. q̄z ponat in estimatia virtute bruti vt pote ouis. Que tn vt dicit Auicē. ex motu et figura lupi visi elicit mox inimicicia nō sensata quā refugit. Noster igit intellēs p' inspectionē fantasmatū causatorū a reb' extēnsecis. Jn fōmat pmo cōcept' vagos ab omni onotatione accidētiū vt a situ. a loco. a figura. a tpe. q sic de alijs. Quo facto remanet in aia similitudo eēntialis in q̄ oueniūt exteri' a pte rei oia sensata q̄ sūt eiusdē generis vel eiusdem spēi. Exm pmi. aialitas Exm scdi hūanitas. Quadenudatiōe sic fēa remanet absolutus q vlis ocept' aial. Remanet in sup specific' q absolut' ocept' hois q̄s signt voces iste aial et hō

.ij. notula

De simplificatione cordis i meditatōe p abstractionē a fantasmatib' q figuris (Ecce stet

Quaduca mus osequent ad ꝓpositū de simplificādo meditationē nrā circa diuia p abstractiōes a fantasmatib' q figuris. Ecce stet q scim' nos hfe dilectionē boni q odiū mali. Stem' in his paucis p mo. qm inuenit sile de reliqs mltis. Audio igit et cognosco q diligis bonū. Inkroget te meditatio tua q res ē ista dilectio. Constat itaq̄z q neq̄z colorata ē neq̄z sonora. nz sapida. nz odorifera. neq̄z frigida. nz calida. nō lenis. nō aspa. Jtē inkroget te meditatio tua q̄lit q in q se figat q statuat. cū id in q se figē et statuere videt neq̄z figuratū. nz corpulentū sit calidū frigidū z a colorātū.

.iij. notula

De dceptu boni absoluto seu vniuersali q̄lit fiat

Dices fortassis q nō hēas dceptū, dilectōnis boni q̄n de nēcitate ferat cordis intuit' ad hoc vel ad illud bonū particulare. vt ad bonā tunicā. ad bonū cibū. ad bonū hoiez. Et ita de reliqs. Rnsio tibi pz p alteram osideratione porrem de vi abstractiua cordis intellectualis. Per cui' virtutis opationē. tolle bonū hoc. tolle bonū illd sic loquit Augl. et remanebit vez q generale bonū. Qd q̄liter fiat iam aperuim'. Cōueniūt

nempe bona omnia in vna generali
rõe q̃ est oueniẽtia ad appetitũ ꝓ bo
nũ q̃ppe ẽ qd omnia appetũt. Denu
des igit hanc rõez boni ab vbi et
nũc. hoc ẽ a loco vl situ vel tpe. ab
oi ptẽa ofusione seu onotatiõe ac/
cidẽtiũ q̃ erit ille ocept' q̃ remãebit
absolut' et vlis oueniẽs oi bono

Q Ueres forte itez
vbi est illud esse q̃ genẽale bo^m Ecce cadit in materiã
cõez de vlib' q̃d sint. et si sint in re/
b' ex̃ preẽ oez intllẽs opatõez? Di
cim' ãt q̃ztũ hic satis eẽ putam' q̃
vlitas dẽuat et fũdat i reb' singu
laribꝰ. alioq̃n ficta eẽt. ꝫ osũmat et
ostituit i opatõe intellect' abstra/
hẽtis eo mõ q̃ tact' est similitudines
rez i q̃b' essentialiẽ seu q̃ditatiue
oueniũt ab vbi et nũc id est loco et
tpe Nũ si q̃ras vbi ẽ hũanitas ad
extra? dico q̃ i hoc hõie singulariẽ
et i altero similr. et si nullus eẽt singu/
laris hõ nulla pmanẽt exteri' hũa
nitas. qm̃ destructis p̃mis substan
tijs vt dt Arist. impossibile ẽ aliqd
alioz remanẽ. nihilomin' adhuc re
manẽt hoc vle hũanitas interi' in
mẽte ãgeli sic. añ mũdi ostitutionẽ
erat Et put nũc ẽ vlis rõ hũanita
tis in mẽte dei nec erat res aliqua
q̃z mẽs dei neq̃z realiẽ vt oes cõce
dũt. neq̃z formaliẽ vt nõnullis pla
cet Est demũ articul' parisienꝭ cõ/
dẽnat' dicẽs q̃ ab eterno fuerunt
extra deũ q̃ditates aliq̃ vel vniuer
sales rões. q̃les fantasiati sũt q̃dã
eẽ vlia realia p̃ter deũ et p̃ter oẽm
intellect' opatõez seu oceptum

R Ursus ad intelligen **v.no.**
dũ dictũ hmõi q̃ de
structis p̃mis substãtijs impossibi/
le est aliqd alioz remanẽ. Attẽdẽ/
dũ est ne locutio varia sit dũ loqui
mur de hũanitate q̃ est ab extra et
de oceptu hũanitatis quẽ intra re
ponim'. Est ei hoc nomẽ hũanitas
p̃mo mõ nomẽ p̃me intẽtõis suppo
nẽs imediate et p̃ncipaliẽ p̃ re ad
extra q̃ est vel esse p̃t si sit ãpliatiua
suppositio et hec i sol singulariꝭ hõi
b' repik̃ hoc ꝛo nomẽ hũanitas sũ
ptũ z' mõ supponit nõ p̃ reb' ad
extra. ꝫ p̃ cõceptib' de hũanitate
habitis ad intra seu p̃ ãgelũ seu p̃
hũanũ intellectũ. Aut ẽ idea hũani
tatis i mẽte dina p̃ idẽtitatẽ locuti
onis sic ponim' q̃ sapia ẽ i deo nõ
p̃ inhesionẽ ꝫ p̃ idẽtitatẽ qm̃ ẽ ipe

Q Ides arbitroz **vi.no** de'
quẽadmodum
meditãs p̃t intellectũ suũ figẽ in re
cognitõe boni nõ h' vel illi' figura
ti corpulẽti vel colorati. Et osequẽ
ter ferẽ volũtas i dilectionẽ abso/
lutã p̃miq̃ veri boni. qd nõ ẽ bonũ
p̃ pticipatõez vt alia oia. ꝫ p̃ essen
tiam. Poteris ita negociari circa
potẽtiã. circa sapiaz. circa iustitiaz
et ita reuereri dinã potẽtiã verecũ
dari ad sapiaz si turpis es. Trepi/
dare ad osideratõez iustitie si ma/
l' es. Q̃ si forte q̃sieris an oceptus
hmõi sint absoluti et ꝓprij deo visũ
est acten' m̃ q̃ ita saltẽ de possibili
hoc ẽ q̃ i via p̃t meditãs et abstra
ctiu' intellect' formare sibi ocept'
absolutos et ꝓprios oueniẽtes soli

deo Qui dabūt notitiā ꝓpriā et absolutā ꝗ nullaten' intuitiuā de eo.

a. Aperta est nobis ex pdictis via ad intelligendū mysticā theologiā de qua scripsit diuin' dyon. vltra illā q̄ sybolica et illaz q̄ ꝓpria nūcupat. Procedit itaqz symbolica theologia p similitudines reptas i reb' attribuendo deo q̄cq̄d videt esse pfectionis i reb' causatis ita vt hoc mō dicat de' nedū nōiabilis Et hoc modo dixit diuin' Bartholome' put dionysi' refert euāgeliū esse latissimū sic appellat' de' leo ꝓpt fortitudinē lapis ꝓpt durabilitatē. agn' ꝓpter māsuetudinē. sol ꝓpt illustrationez. et ita de reliq̄s q̄ non ꝑm essentiā ꝗ p solā attributionē et p analogicā similitudinē de deo loq̄mur q̄i balbutiētes et palpātes i vmbra occumbētis lūis vel gre intelligētie nre i nobis. Procedit xo mystica theologia p abstractionē mō velut opposito ad pcedētē q̄ q̄cq̄d est affirmat de deo. iste xo prsus negat ō deo oia. Et ita breuissimū est vt ait idem bartholome' euangeliū

vij. no

b. Templū palpabile dat ipse dion. p manuductōe hui' theologie mystice. Cōsidera fabricatorē statuarū. nō ne hic format imaginē vel statuaz nō addēs q̄cq̄ꝗ ꝗ rescindēs et ēmouēs. ex q̄ subtractōe remanet agalma pulcerrimū imago pulcra figurata vel sculpta. Sic agit suo mō meditātis anim' duz ab ꝗ ceptu vago onotatio scz hoc ens q illud ens. q̄ ceptu' habet ex reb' exteriorib' sensatis intra facit abstractōm mō pdeclarato. Remouendo ab ꝗ ceptu vago q̄cq̄d ē impfectionis in entib' cognitis p fātasmata. Et qz nullū est cātū ens q̄n sit impfectū negat merito oē ens tale a deo qz diminutū. qz depēdēs. qz potentiale. qz defectibile. et ita de reliq̄s impfectionib'. Qua abstractiōe facta dici neq̄t q̄ nihil remaneat cognitū in abstrahētis animo q̄n potiꝰ resultat agalma pulcerrimū seu iuxta cōiorē philosophantiū locutionē remanet cōcept' entis pfecti denudatus ab omni impfectōne Et hmōi est ꝓpri' dei ceptꝰ absolutꝰ. licet nō intuitiuus. de quo dñs ad moysen Ego sū q̄ sū. hec dices filiis israel. Qui est misit me ad vos. Et hoc modo iuxta verbū ꝓphetiū est vnū nomen dñi dei

ix. no.

c. Oncordat his dictū Damasceni q̄ hoc nomen ens dicit substantie pelagus infinitū. Demonstrat nobis dñs Bonauētura in itinerario suo mentis in deum scdo capitulo q̄ isto modo ens est proprium nomē dei. Consonant hebrei qui dicunt hoc nomen therragramaton significare deum absolute. non per respectū ad creaturas. Qd̄ qualiter esset dicēdum nisi posset haberi cōceptus huiusmodi absolutus non satis intelligo Videnꝗ forte talia falsa vel impossibilia nō crēcitatis i abstractōe taliū ceptuū. Nō cm

De simplificatione ac

videt eis dū intelligunt erēpli gra hoiem q̄n sp intelligāt ipm cū cōfusione seu vestitu q̄dā vel circūstātia loci tpis ⁊ alioꝝ accidētiū dū nō cōcipiūt hoiez nisi vt ē aial rōnale. ⁊ ita ocipiūt actū rōcinatōis ocipiūt etiā aialitatē q̄ nō ē ꝓpria soli homi Redargutio āt taliū hominū magl. facienda ē monitione vt vim sui cordis intellēcual attendāt q̄z studiosa rōcinatiōis ostēsione. Alio q̄n sic agit cū eis q̄i si ceco alicui. aut nicticoraci/solis radi' digito monstratus querat an videat.

Ipest ex p̄mis sis dubitatio ꝓt errorē manicheoꝝ q̄s forte decepit recogitatio q̄lem de bono posuimus. Q. si sit aliq̄d bonū participatū. et erit aliq̄d eēntiale ⁊ primū bonū. Videt itaq̄z esse sicis rō de malo. Q. si sit aliq̄d malū in reb' creatis. sic ita eē q̄s negauerit dabit aliq̄d malū primū p eēntiā. At vo diuin' Dion ⁊ Augl. dr̄am certissimā ⁊ latissimā docuerūt demōstrātes q̄ nihil ē malū positie i reb' ꝗ tm̄ ꝑuatiue. Proptēa sequit ex ocessione mali q̄ aliq̄d sit ꝑmū ⁊ nlko mō q̄ sit aliq̄d primū ⁊ puꝝ malū. Est ei impossibile sic dic Arl. q̄ puꝝ malū p se subsistēt. Quia si purū ē. se destruit. Nō hz igit fūdamentū nisi bonū vel in bono. fallit āt leuit ignar' aut nesci' analogie entis vel h' verbi est. Que ponit q̄ duplex ab Arl. iiij. metapb. ita vt illud q̄d nlko mō ē positiue ⁊ in actu eē tm̄ dicat qz videlz ē in potētia. i. ꝑt eē. Vel qz dic carentiā alic' boni debiti in eē. Nō ei sequit Malū ē ꝑuatio boni debiti in eē. g° malū ē act' vel aliq̄d positiuū. Q. m̄ ita nihil ē. Quis g° mirabit si ñ sit aliq̄d primū ⁊ sūmū tale malū cū nlsm sit ꝓticlare vl infinitū actu tale hmōi

XI. NO.

Ergam' oñter oñdē magl. ac magl. modū q̄ simplificari ⁊ vniri potēit spūale cor meditātl. seclusa fātasiaꝝ multiplicitate. remoto lesionis imaginatie virtutis piculo. Dicūt btūs Dion Arl. ⁊ alij q̄ amor hz virtutē vnitiuā q̄ admodū calor omogenia ogregare ⁊ ab ethēogenijs separe hz. Presupponam' igit ex supiorib'. q̄ meditās fabricauēit sibi oceptū boni potētie. oceptū sapie. oceptū iusticie. conceptū clemētie. oceptū beniuolētie ⁊ dilcōnis figit istic pedē sinistrū aie q̄ ē intellēs vel rō. Deinde pedē altez dextz q̄ ē volūtas ꝓtendat p amorē tal' boni vel potentie sapie clemētie ꝛc. velut i anteriora se extēdēs. Hoc ē dicere. q̄ ⁊ id satagat amare q̄d cognoscit conet amare deū sūme ⁊ primū bo^m. Hic amor cū nō sit discursiu' nec vaget ꝗ inhereat amato in se ⁊ ꝓter se. ita vnitat suo mō tot' i amatū penetrare ⁊ in ipm collabi ⁊ vnū cū illo q̄n tū possibile ē fieri. Fit tūc q̄dā separatio corpaliū oim q̄ sē etherogenia ad spūalitatē opata ⁊ ita remanet vnitio q̄dā spūaliū. q̄lia sē de' ⁊ aia corpalia vo feces ⁊ cinēs ñmanēt

XII. NO.

Qdit ⁊ sensit hāc separationē spūaliū a corpalib' i hoie fieri posse q̄ dicebat

Verbū dei viuū ⁊ efficax ptingēs
vsq̃ ad diuisionē spūs ⁊ aie compagū
q̃ ⁊ medullar ꝛc. vbi capit aia p
sensualitate vel aialitate q̃ corp⁹ in
cludit ⁊ aiam. Quāuis vo aplꝰ tri
buat vtutē hāc diuisiuā aie a spū.
vbo dei ꝗ dicit p tanto si diligat
vbū dei ab ipo spū. Qm̃ sola ogni
tio vbi dei spūm ad ꝗ nō satis est
Propterea audi q̃d vltra vbi cog
nitionē subsequent seserit aia deuo
ta. Dia mea inq̃ liq̃facta ē vt dile
ct⁹ locut⁹ est. Locutio ⁊ auditio ad
cognitionē. liq̃factio spectat ad a/
morē Qm̃ amor vna opatione dr̄
hre acutuz no⁹ ꝑ desideriū pene
trationis intime dilecti. Liq̃factio/
nis vo no⁹ molli⁹ suaui⁹ q̃ ē affēm
sponsi diligētis accōmodati⁹ sati⁹
q̃ repñtat. Quia liq̃facti natura ē
nō otineri ēminis ꝑrīs. nec q̃escē
ꝗ effluē sp ⁊ dilabi q̃usq̃ sistat i a/
lio. Intelligam⁹ siūt de liq̃facto vt
emollito spū p amorē dei suo mō.
q̃ i solo deo ēminū suū inuēit ⁊ q̃e/
tē. Ad cui⁹ exēplar sigillat. exēplat.
transformat simplificat. ⁊ vnit Et
ita de reliq̃s siūb⁹. Remanet feculē
tū q̃d est portionis inferioris. Iñ
colligit corollariū vel porisma pul
cerrimū q̃ sic res dū emanāt a deo
⁊ osequent dū se diffūdūt. sic i sole
ospicim⁹ fit pgressus ad pticlario/
ra ⁊ grossiora q̃ pl⁹ hñt materiales
oditōnes. sic in reditu ad deū q̃ fit
p hoiem otēplatiuū. reducēdo siūi
tudines rer ꝑmo oceptas i sensib⁹
ad intellcualē ⁊ spūalē puritatē fit
abstractior ⁊ vniuersalior reductio
ad vnitatē ⁊ q̃ndā immatēialitatē
Nā q̃d natū ē ex spū. spūs ē. Dixē
rūt aīī nos hec oia sāti doctores.

Quid ei inexpositū reliquerūt? Sz
hec item in eis vbis ⁊ ordie sō pau
cis omemorata sīt

Xiii. no.

Que aliū docet modū
sim plificādi cor spectantes ad afie
ctū. sic por magl. ad intellēm.

Nitamur si forte poterim⁹ in
uenire modū alter meditatōis sim
plificādo ⁊ a fantasmatib⁹ elongā
do. q̃ familiarior ⁊ ab hōib⁹ nō exer
citatis a eleuatis in phica disciplia
seu metaphica capabilior forte fiat
q̃ōstituam⁹ in ꝑmis exēplū palpa
bile cui⁹ erūt capaces ēt ipi pueru/
li suo mō. Dicat aliq̃s vni puero iā
vtēti rōne. q̃ neq̃ prēz suū nz mrēz
vidit vnq̃. Dicat inq̃ Ecce tu pu
er prem habes in regione longiq̃s
sima. potētissimū sapiētissimū opti
mū ⁊ gloriosissimū Ille ē q̃ te genuit ⁊
fecit. ille ē a q̃ p quē mittunt tibi
oia q̃ hēs bō. he vestes. hec ciba
ria hec poma. he nuces ⁊ siūia. Nū
q̃d non merito hēs talē diligē. tali
obedire ⁊ facē q̃cq̃d ipe mādauēit
Hoc audito bon⁹ puer mouebit af
fectu naturali ad auditū prīs no⁹.
vt ferat in dilectionē ipius cum tñ
apud hmōi puer non sit alia prīs
cognitio. q̃z ea q̃ p fidē aut narrā/
tis ei ingeritur simplr auctem. Hic
puer nō osiderabit de ncitate prēz
sō aliq̃b⁹ oditōib⁹ matēialib⁹ vt q̃
sit alb⁹ niger paru⁹ magn⁹. ꝛc. Vel
ēt si osiderauerit. spe ptin⁹ sñ multo
conamie se auertē poterit ab hmōi
osideratōe. ⁊ in noie seu cognitiōe
h⁹ q̃d ē prī tot⁹ defacilī intēdē va
let tenerrio cordis amore put tot⁹
nouit i ei⁹ dilcōez inhiare suspirare
et totū suū in cum desiderium con
uertere. Quidni dixerit sibi ipi aut

alīs de pre sic. Viuat tal bon' pr̄
Bñdict' in ppetuuz ille dilect' pr̄.
Bñ sit sp isti pri q̄ certe m̄ ē valde
diligēdus. honorand'. reuerēdus.
q p oculis iugiē hñdus. Deniqz si
q̄s ab hmōi quesierit. q̄lis ē tu' iste
pr̄. rñdebit vtiqz nil aliud Nescio
pl' nisi q ipse ē me' carissim' pr̄ p/
genitor me'. nutritor me'. bñfactor
me'. ptector me' q siq̄ sūt sikia Et
hec tñ nouit solū fidei p auditū et
nō intuitiue vel p visū vel attactū

Exiii. no.

Existimo q siki
manuductione
poterit christian' etiam quiuis ru/
dis q litterarum ignarus induci vt
trāseat i affectū cordis erga dñm
deū suū q ea q̄ sūt diuina q spūalia
deserēdo corpaliū rex fantasias. a
supgrediēdo eas q̄dā q̄i trāsuola/
tu general' meditationis q amoris
Exemplificem' adhuc aliē Deside
rat aliq̄s sāitatez dū egrotat. nōne
pt B optare seu petē medicū ñ hūc
vel illū singlariē. Sic sitiēs appetit
vinū. q esuriēs cibū. Qd tñ facit se
pe nō p̄habita fantasiatione ad B
vel illud vinū. aut ad hūc vel illū ci
bū. Applicet meditātis cor sikitudi/
nes istas p p̄tica sue meditatōnis
ofestim vt offerē aliqd corpor ocu
lis sue meditatōis Nō q̄escat i eis
B suspirādo. desiderādo. diligēdo
supuolare q̄rat ad qdam abstra
ctū denudatū vnū. Vtal corpali/
b' q̄i q̄busdā scalis ad tēdendū in
spūalia. nō q̄escēdo in scala. Exem
plificam' iā de filio meditāte circa
p̄rem ignotū de egrotoqz de sitiē/
te de esuriēte q̄ suspirāt ad medicū
ad vinū q ad cibū ignotos atz ad
hmōi afficiūt q desiderāt Imo etiā
si cognouerim' iām rpm put loqt
apls nō tñ eo mō B carnē nouim'
B vt redēptorē q saluatorē q vt dei
virtē q sapiaz ipm ī cogitam' Qui
fact' ē nob a deo pre sapia. iusticia
scificatio et redemptio

Exo no.

Dicto iuxta tradi
tionē hanc motus est Hugo
dicē Qm̄ aliqñ dilectio intrat vbi
cognitio foris stat. Nō q amor ex
cludat oēz ognitionē. sic ei fieri nō
pt vt diligat p̄sus incognitū Sz q
ipe amor vt dic Gregl. q̄dā cogni/
tio ē Et q̄lis ognitio? Certe experi
mētal q suo mō porciōabil tactui
gustui vl olfactui in sensibilib' Vñ
q̄uis dicat ab aliqb' amor eē ce/
cus B hz fortassis vitatē loquēdo
de cognitione lūinosa seu declara/
tiua portionabiliē oculoz q auriū
Similiter vt tu oferas nihil ecclesie toti militanti. Nolo dicet et iure dicet. Quid superest igitur nisi referre ꝗntitatē suffragij deo que et qualis tibi debita est. nolito murmurare sciet ꝓfecto sciet ille qui montes ponderat in statera. tua similiter dona mensurare. Nonne ꝙ in oblatiōe tua fortassis alij sūt meliorīs cōditionis vt participēt ꝗz tu ipe Quo petes? hoc inqz modo. qr de bonis eorꝝ vno modo vel alio male ꝗsitis facis elemosinā. facis fundationez. dilatas pompā tuā. facere vis nomen tibi. aut modestius sentiendo loquēdo qz. Tu debitor es parentib'. patrie. bnfactorib'. deniqz vniuerse cōmunioni sāctorꝝ. Ptz igitur sub hoc interrogationis ⁊ responsionis typo cōclusio declarata.

Particula: xxxvj. Conclusio. x.

Solicitudo pia cōferentis tpalia nō defraudat ꝗ iuxta consuetudinē ecclesie quā ipe scit apponat vnus obitus exempli grā cum suo certo die fundato. da oppositū. damnabis omes fere cathedrales et collegiatas et parochiales imo et monasteriales ecclesias. Cōtradices insup rationi ꝗ nō vult vt cuilibet oferenti aliquid ꝓ suo obitu fiant semp exequie speciales. qm̄ sepe modicū et insufficiens est qd offertur ad sustentationē ministrorꝝ. Et obligatio de obitu faciendo conditionē recipit. et si nō sp explicet implicitā. Si vēo talis cōferēs tpalia nesciret cōsuetudinem eccie put ipi met de collegio seu corpe suo sciunt et ferr intētio sua ꝙ obit' ānuatim fiat ꝓ se solo tali die. nihil tn̄ explicat sup B. tūc adhuc bona fides et eqtas recipiētiū saluat in sua cōsuetudine. Si āt fiat mutu' et exp̄ssus cōsensus inter dantē et recipiētez nō apparet ꝙ cōsuetudo militet vt alē obit' cōiūgat iuxta modū septime et octaue conclusionū

Particula. xxxvij Conclusio. xi

Decipiēs defraudat crebro semet ipm in receptōe tpaliū ꝗzuis videat ee regula iuris ꝙ nemo sibi ipi sic nec volēti aut cōsentiēti faciat iniuriā aut fraudē. nihilominꝰ inuenit ꝓ metaforā hōis ad se ipm fraus sicq iustitia ⁊ B ad pñs suppnat. Et tāgam' i fco modos aliqs. Prio si mētit iniqtas sibi ⁊ prio dū nō implet nec implē ꝓposuit q̄ pmisit. satis est ei si pecuniā vñcūqz collegerit qi dicēs sibimet illō metricū: Promittas facito. qd enim pmittēdo dū lucꝝ qrit in bursa. damnū adquirit eternū in aia. snia ē Aug.

Particula: xxxviij.

Facit aliā sibi defraudatōez ꝗ interp̄tatōis cuiusdā velo latē tē dum se iudicē ostituit in cā ꝓpria sue obligatōis omutās illā ꝓ volūtatis arbitrio. aut dū suffragia nō pl' agit ꝓ bnfactorib' et fūdatorib' ꝗz pro cetēis quibuslibz dicens sibi satis esse suam in generalitate sola intentionez cōtinere quoniam sciet

distribuere deus put volet et quib⁹ volet et quantū volet. Exemplū de paupe debitis insolubilib⁹ obliga/to qui liberat se cedēdo cpzā iudice suo omnib⁹ bonis suis. Posita vi/det hec doctrina sub fine cuiusdam opusculi de valore ozōis. addito ō quadā Melania nobili romana exē plo Jerū nō ita sub vniuersali regu la sermo fact⁹ est quin distinctionez discretionē qz recipiat. Propterea dicam⁹ viceuersa casus aliqs quib⁹ expedit et qñqz necesse est intētionē ad particularia traducere.

Particula. xxxix

Constat in pmis q licz de⁹ non egeat intentione nra vel ozōe pticulari sicut nec alijs bonis nris vt alijs bñfaciat. nihilominus vult pm ordinē sue sapientie dare aliqua dū specialiē ad ipm dirigam⁹ ozōs nras qualia nō esset datur⁹ sine illis vt nō sint vacua sapie sue opera iu/xta verbū sapiētis. Cōstat insup q nouit de⁹ ponderare merita intētio nes et corda oferentiū tpalia. dat tñ aliqua oferentib⁹ dū fiūt ozōes et suffragia postmodū p ipis que et qualia nō daēt si dimitterenē nec fierent. Ptz in illis qui ostituunt in suis testamētis aut aliunde certas pecunias restitui vel dari paupib⁹ qui licet sic ordinādo possint mereri nō tñ pficit eis et alijs tantū dē hec volūtas nō sequēte effectu sicut se/quente. qm̄. in casu maneret iste or dinās adhuc ad restitutionē poste/ri⁹ obligatus

Particula. xl.

Concedim⁹ vltra q recipiens tpalia pōt habere aliquotiēs ofoes feruentiores et deo placēti/ores dū nō facit eas in particulari p his aut illis psonis. Jmo tradit Hugo de san. vic. in suo de oratiōe. Et trahiē satis ex verbis sancti an/thonij q oratio tūc est acceptissima deo dū omniū et sui ipi⁹ obliuiscē nec scit quid petit ꝓter quendā in deo raptū et subleuationē vel asce/sum. Nō aūt modo loqmur de ozōe tali. sed potissime de vocali sup quā et de qua cadit vt plurimū obliga/tio dū p suffragijs tpalia oferunē

Particula. xli

Nauis o vtinā psuasū haba/rēt hōies seculi quātū sit acce/ptior ofo talis p deuotos filētes q qetos. qntū ptēa sua ad deū eleua tio etiā iocundissima prorsus q sua/uissima plus impetrat apud deum. plus eundem placat. plus soluit de penis debitis. plus de mēitoꝝ gra tijs impetrat. qz sola talis exercita tio corpalis in vigilijs supra mo/dum et canticorum multiplicationi bus que sepe plus exturbant cere/brum et tedium gignunt qz deuoti onem inducant Qualia per ꝓphe tam notauit aliquādo dominus di cens. Aufer a me tumultum carmi/nū tuoꝝ. nō ideo tñ vt culpem⁹ ita loqmur. sed vt rationabile fiat ob sequium. Et bono vni melius aliud preferatur. Neqz semper animalis

homo spualeat et spūalē ordine non recto dijudicet Sz qd? vt hōies sūt ait qdā ita morē geras pūilegiū qz paucorū officia leges q instituta nō mutat plimorū.

Particula. xliij

Adiam' q in certis casib' nō expediret vt recipiens tpalia haberet ad oferentes pticularē nimis aut frequentem recogitationē. Docet hoc exemplū magni patris Arsenij qui rogat' a quadā nobili matrona vt sui recordareť. Ora inqt deū vt de' deleat ex animo meo memoriā tui. Pūt itaqz tales aliqū recordatōnes plus orantē suis fantasijs impedire qz deuotionē agere vel purā efficere reuoluendo

Particula: xliij

Adiungam' cōsequenē q ex humilitate laudabili pōt fieri rorā tali aliqua cessio omniū bonorū spūaliū in manib' suis Apportionabiliť ad forū extrinsecū de tpalibus bonis ratione debitorū q hoc ex diuerātōne tot exactorū qb' obnoxij sum'. et qui nos pmunt q quodāmodo suffocāt dicentes ex omni parte. Redde qd debes vt sūt creatio recreatio. redemptō. debitorū totiens facta remissio. Preterea tam crebra nunc vno modo nunc altero immediate q mediate facta receptō Quo casu paup homūcio sic deprhensus et angustiat' dicere pōt ad deū. Pūe vim patior responde pro me. Tu inquā q pciū nrm es. nra iustitia. nra redemptio. Redde creditoribū meis quō vis et scis. tm̄mo/do vita gratie in paupertacula hac me sustentes et satis est

Particula: xliiij

Oro nullus debet in dubitationem vertere qn particularis intentio et attentio directa deo pro istis aut p illis sit efficacior q laudabilior plerūqz. Primo ex gratitudinis virtute et ingratitudinis cultatione. Secdo ex augmento deuotōis affectualis quā naturaliter habet parē bnficiorū recordatō si gra dei diungať. Dici solet et verū est q particularia magis mouēt. imo dificilū est p duris et indeuotis vt p cogitationes tales semet ipos afficiant et durū cor emolliant. Tertio qr fit obligatōis certior impletio q ad serenationē dsciētie satis valēs dū expiť homo se fecisse vel facere qd reneť ex ouentione. Demū non impediť ex hac particulari recogitatōe cessio fieri generalis qualē notauim'. z iuuať

Particula: xlv

Recipiēs tpalia pt itē defraudare se ipm dū maledictionez incurrit qua dr. Maledict' q ptem suā facit deteriorē. Nē ē itaqz q op' spūale factū p satisfactōe non valet tātūdē p multis siť p paucis ceteris parib'. Obligās igiť se ad satisfaciēdū p alijs nō tātūdē facit p Aprijs suis debitis in hoc mūdo vel in purgatorio quātū si Aprie liberatōi tot' insistēt. Erabit g' q p receptōe sustētatōis h' vite mōrlis

laborabit in purgatorio penas lu/
ens mltis ānis. q̄ uis in casib' mltis
charitas ad primū exhibita pie re/
cōpensare valeat hmōi dilationem
liberationis prie in augmento pre
mij vite eterne. Dum pterea fecit se
homo pauperē pter deū et salutez
priaz. dum rursus fecit aliunde si/
bi amicos de māmona iniquitatis.
dedit q̄z vt recipet. et recepit vt da
ret.

Exlvij particula

Qderet hoc loco materia de
mēdicitate corpali. vtr vtdelz
obligēt recipiēs elemosinā sub titu/
lo mendicitatis. hoc est solo titulo
et respectu naturalis defect' absq
alia recōpensatione seu redditione
mutua. temporali vel spirituali. alio
q̄n nō esset vera mendicitas ꝗ com/
mutatio qualis est in ceteris eccles
asticis redditualis Utrū inquā ta
lis mendicans tuti' et liberi' viuat
apud deū et hōies q̄z alij qui nolūt
esse cōtenti solo hmōi pauptatis ti
tulo. ꝗ obligationē iuri diuino ⁊ na
turali consonā volūtarie cōiungūt.
imo cōsequent laberet hec inq̄sitio
si stant isti duo tituli parit in eodez
et p eodē. mendicare et orōnū vicē
sub obligatōnis pacto rependēt. De
inde pfundi' fodiendo aut agitan
do pulcer veritatū thesaurus et ful
gor apparēt oculis nō infectis. sed
ad exitū posite cōquisitionis iam
sermo festinat

Exlvij particula

Recipiens defraudat se dū ac/
cipit officiū intercessiōis ipe q̄
deo displicet et est in pcēis tot'. Fue
rūt q̄ dixerūt multa et terribilia cir
ca materiā istā de pcōrib' ecclesia
sticis. vt q̄ sūt fures et latrones in
tractatione et dispensatione et rece
ptione tpaliū q̄ nō faciūt fruct' su/
os ⁊ q̄ tēent ad restitutōnē. nec pos
sūt inde elemosinā facere cū multis
similib' q̄z aliqua sūt expresse dam
nata que erant de errore albigēsiū
et waldensiū ⁊ nouissime wiclistarū
qui sumpserūt occasiones errādi ex
odio et zelo. Nō ꝗm sciaz cōtra di/
scolos mores ecclesiasticorz q̄s intu
ebant magis detestando et cū indi
gnatōe q̄z miserando cū pia orōne
et modesta redargutiōe. Arguēdo
pterea p similitudines dispensatio/
nis tpaliū ad spūalia que nō semp
eisdem pedib' currūt.

Exlviij particula

Concedim' aūt q̄ ecclesiastici
peccatores possunt in multis
casibus facere fructus beneficiorū
aut religionū suos. quāuis ad cōse
cutionē vite eterne non sunt digni
pane quo vescunt. quāuis insup nō
ita satisfaciant deo sicut iusti. Sed
multa deus concedit ingratis. Nō/
ne potest existens in peccato debēs
decem solidos proximo satisfacere
sibi nec obligatus remanere. Nōne
posset etiam nomine alterius de/
bitoris quasi mediator solutio/

nem hanc offerre possum? ita iudicare de pccorib? ecciasticis q̃ tã nomine ꝓprio qñq̃z q̃z in persona eccie cui? ministri sũt pñt se et alios adq̃tare q̃uis non stat eos esse tales q̃ saluari vl mereri.

Xlix. parti. q̃ xiiii. cõclusio

Recipiens tpalia se defraudat et primũ dum supinducit ad reddit? iã ostitutos nouas p alijs obligatõnes ꝓrib? incõpossibiles ꝑ eaꝝ distractiuas. Sũt q̃ sup ꝓrẽ fundationẽ exempli gra. r. fratꝝ sic recipiũt nouos vt seruitiũ non hinc augeat. Sũt q̃ recipiũt sub tali pacto q̃ in omnẽ euentũ debeat sp fiẽi seruitiũ p collatorib? vltimis etiaz vbi deficerẽt ea oia que tradiderũt Constat in his casib? et similib? defraudari ꝓres qualiẽ ipi posteriores defraudantes nõ vellent sibi fieri p eis subsequẽtes.

.l. pticula. xo conclusio

Recipiẽs tpalia dũ defraudat se q̃ primũ dicit interptatiue defraudare deũ qm̃ de? est ꝓnceps supm? curã hñs hominũ q̃ reputãs sibi bñ vel male fieri q̃d eis fit. q̃ inde osurgit meritũ nr̃z apud ipz. Facit ad hoc pticula illa de opib? mie omemorãdis in die iudicij Iexti approbati? dr aliq̃d in defraudatõnẽ dei fieri dũ directe et immediate dimittit illud q̃d ad gloriã suã celebrãdã et recolendã fuerat institutũ

.li. pticula. q̃ xoi cõclusio

Recipiens tpalia presertiz cõitas p se et successorib? debet cũ bona fide et sagaci discretione diligenter in recipiendo cõsiderare ꝓmo q̃d licet. secõdo q̃d decet. tertio quid potest q̃ expedit nedũ ad pñs sed futurũ. Euenit itaq̃z sicut in agẽtib? iter longũ q̃ paruũ pondus in se et in ꝓncipio aut p pauco tpe sit tolerabile q̃d p successionẽ otinuaz redditur velut importabile. Sic de paruis et paucis suffragijs dũ vel iungunt alijs vel perpetuant possum? inuenire.

Clq. pticula

Hoc q̃ memoria hominũ labilis q̃ ꝑterea supueniẽtes nõ de facili suã attentionẽ applicãt ad insolita. q̃ insup custodiẽda ẽ quantum cõmode fieri põt vniformitas apd̃ ffres sic in cibis vestib? alio q̃z victu. sic in officio q̃ cãtu alioq̃z ritu et ita de osideratõib? hmõi. Fiũt nihilomin? frequent obligatões in oppositũ aut ꝓpter inaduertentiam incõsiderationẽ q̃z recipientiũ. aut vrgente penuria. aut ꝓpter cõplacẽtiã cõferentib? faciendã. aut q̃z nõ audent recipientes apponere conditiones pro se ipis licitas decentes q̃ expedientes. Quare sic? quia non placerent conferentib? quales sunt carnales q̃ spũaliũ nõ capaces. maxime eoꝝ q̃ regularis disciplina cõstituit aut requirit. Deniq̃z fit hoc ꝓpter auaritiam recipientiũ et eorũ turpem questum. qui casus palã statim habet culpaz siue fiat in augmẽtum preternecessariũ iam fundato/

rũ cenobiorꝫ siue multo amplius si
querat̃ noua fieri fũdatio ꝑ fas. ꝑ
q̃ nefas ad faciendũ sibi sub religi
onis augmento famam nisi potius
ignominia dici debꝫ que fedis inni
titur fundamentis.

Particula. liij

Sunt alie intentiones vitiose
quas nõ oportet omnes hic nu
merare sicut de publicis raptoribꝰ.
de vsurariis. de obligatis ad resti/
tutionẽ certã. qui putant ꝑ fundati
ones se quitare qd̃ apertũ est potiꝰ
semet inuoluere. nõ aduẽtentes ver
bꝫ illud tremendũ sapientis. Qui
facit elemosinã de substãtia paupe/
ris quasi qui victimat filiũ añ pr̃em
Cõstat aũt ꝙ recipiẽtes ipos par
pena ostringit si nõ maior aliqñ q̃n
to spũaliores et exemplares sapien
tiores insup q timoratiores esse de
bent ¶ Proinde quo ad restitutiões
incertas tutior est receptio maxime
dũ sapioris auctoritas iuncta erit.
q̃uis sit hoc in loco aliq̃d monstro
simile circa debentes restituere. cum
sciant quibꝰ et qualiter. quos citius
induci videbis dare centũ titulo fũ
dationis alicuiꝰ q̃ decem restituẽ.
Adeo prona est vanitas diligẽ va/
nitatem adeo cor humanũ querere
mendatiuꝫ

Particula. liiij

Verum qr de preteritis nisi pro
quanto faciũt ad cautelã futu
rorꝫ nõ est osiliũ. Supest vnũ inter

cetera remediũ generale iam tactũ
videlicet superioris interp̃tatio. Pro
futuris vero sedula et crebra recogi
tatio cũ mutuo collatione seniorũ.
vt deinceps ab omni spẽ mala q̃n/
tũ possibile fuerit semet abstineant.
qm̃ deus nõ eget fraudibꝰ aut do/
lis nr̃is vt vel colat̃ crebriꝰ vel abũ
dantiꝰ suos alat. aut cultores hos
vel illos multiplicet q̃ multiplicatõ
nõ magnificet letitiã. Pꝫ dũ fac̃ de
supfluitate aut superogatione ne/
cessariã obligatões affert inquietã
et sepe damnabilẽ solicitudinẽ. con
tra preassumptũ verbũ quasi ꝑ the
mate. Nolite soliciti esse. ꝛc.

Particula. lv

Hodam̃ ad p̃terita ꝑ vberio
ri doctrina de solicitudine ꝙ p̃
ma et vera solicitudo est querere re
gnũ dei et iustitiã eiꝰ. ac ꝓinde iuxta
pr̃is monitionẽ. omnẽ solicitudinez
ꝓiicẽ in deũ. qm̃ ipi cura est de nob̃
Attñ in q̃rendo regnũ dei q iustitiã
eiꝰ. que aliter in regula monachali
videt̃ appellari opꝰ dei opus diuini
seruitij multe se scrupuloꝫ solicitudi
nes ingerũt tres nõiati. vna qm̃ af/
fligit̃ qñqꝫ sup̃ vires corpꝰ. altẽa ꝙ
remanet aridita quedã mẽtis. ter
tia ꝙ euagatio cordis cõpesci non
p̃t. ac exinde videt̃ omnis fructꝰ ꝓdi
vel peccatũ cõmitti

Particula lvi

Nutrit hãc solicitudinẽ scrupu
losã verbũ beati Berñ. de mõ

psallendi qui non satis videt apud multos explebilis ꝓter tres istas rõnes. dicit em̃ sic. Moneo vos dilectissimi pure sp ac strẽnue dñis inte esse laudib⁹. Strẽnue quidẽ vt sicut reuerent ita et alacriter dño assistatis. nõ pigri. nõ somnolenti. nõ oscitantes. nõ parcentes vocib⁹. nõ p/scindentes verba dimidia. non integra transilientes. nõ fractis q̃ remissis vocib⁹ muliebre qdam balbadenare sonãtes sed virili vt dignũ esset sonitu et affectu voces sancti spũs depromẽtes. pure vero vt nil aliud dũ psallitis q̃z qd psallitl. cogitetis. Spũs em̃ sanctus illa hora gratũ nõ recipit quicquid aliud q̃z debes neglecto eo qd debes obtuleris Psalmodiã nõ multũ ꝓtraham⁹. sed rotũda et viua voce cãtem⁹ Metrũ et finẽ vẽ̃ius simul intonem⁹ et simul dimittam⁹. punctũ null⁹ teneat sed cito dimittat. post punctũ bonã pausam faciam⁹. nullus ante alios incipe et nimis currẽ p̃sumat. aut post alios nimiũ trahere vel pũctũ tenere. simul cantem⁹. simul pausem⁹ semp in auscultando. Hec ille

Particula. lvij

Onfitemur expediens esse ꝓpter minus instructos et min⁹ litterales aliqua dicere. et p̃mo q̃ hec ẽ exhortatio nõ p̃ceptio Moneo vos inqt. sed tñ aliqua vident asseri que diuinã obligationẽ insinuãt vt illd. spũs em̃ sanct⁹ illa hora gratũ non recipit ꝛc. In quo dco difficultas maior pendet. qm̃ de nõ parcendo vocib⁹ nec remittendo. ostat q̃ corpalis excusat debilitas. Illa precipue q̃ turbationẽ capitis in lesionẽ iudicij rõis affert. cui piculo superiores tota vigilantia tenent in vniuersis et singulis occurrẽ quo facto nõ oportet in alia vexatione vel corpali nimiũ pios esse. Sed de labore q̃ dolore de vexatione letari in spũ ꝓpter mercedẽ quã vnusq̃sq̃z recipiet p̃m suũ laborẽ ad quẽ homo nascit sicut auis ad volatũ

Particula lviij

Non parcẽtes inqt vocib⁹ certe nõ ideo suadet vocẽ clamosã Nõ talẽ q̃ venaꝛ q̃ cẽbri q̃ vitaliũ ruptiua sit Nõ deniq̃z ꝓhendit debiliores. In qualiũ numero scribẽs Berñ. sepe fuit ascript⁹. Alioq̃n tanta scribere eũ vel dictare clamor ille cõtinuat⁹ nõ tulisset.

Particula lix

Ecce Tucro de vocalis orõis attẽtione multi multa dixerũt. multa scripserũt. temptauit vero nr̃a solicitudo si posset hec difficultas ad pauca clara q̃z resolui. Et occurrit nobis distinctio talis. Sunt in orõe vocali tria. vnũ p̃ modum materie. aliud p̃ modũ forme. tertiũ per modũ finis qui cũ forma sepe coincidit Materia orõis ꝓsistit in verbis. forma in sensu verboꝛ. finis in eleuatione mentis ad deũ. Et hic finis duplex est. vn⁹ fundat⁹ cõformiter ad

sensũ verbor qui pt dici finis pri/
m⁹.ali⁹ est fundat⁹ vñcunqz p diuer
sa lz nõ ꝯtraria.Ex qua distinctõe
eliciunt ꝓões que sequunt

Particula.lx

Materia orõnis cadit ꝑncipalit
sub ꝑcepto sic ꝙ orans absol/
uit siue cogitet actualit siue nõ siue
vaget mente vel corpe dũ pferat
orõis verba vel pferẽtes audiat iu
xta qualitatẽ orõis.alioqn nõ esset
salua omis caro.Et ptz exemplis ⁊
explanatõe ꝑceptor diuinor vt de
ieiunio et honore parentũ q nõ ido
sũt pcca si nõ fiãt ex gra.Si nõ im/
pleat sp intẽtio ꝑcipiẽtis et finis.si
cut alibi ptz latior deductio Sic eni
dicim⁹ ꝙ agens opus penitẽtiale p
ꝯfessorẽ impositũ qzuis hoc fiat in
pcto si tñ tenet iterate.vt exẽpli gra
dare item sex solidos vel ieiunare vt
orões certas repetẽ.verum est ꝙ ta
lis satisfactio nõ est recõcilians ꝯo
pter impedimentũ pcti et nõ rõne
opis hui⁹ qd est adquitãs.etsi non
fit recõcilians sicut agens non ideo
peccat quãuis sit in peccato

Particula lxi

Ensus orõis nõ cadit sub ꝑce
pto vt recogitet sp vel intelli/
gat.ptz de illitteratis et ideotis.pz
de canticis in tubis ⁊ organis.ptz
de passib⁹ obscurissimis canticorũ
maxime ꝓbaliũ de quib⁹ accipitur
mystice ꝙ tenebrosa aqua in nubi/
bus aeris. et item Nubes et caligo

in circuitu ei⁹. Ptz insup de multis
scripturis habẽtib⁹ in supficie ꝟba
carnalia q plus incitarent recogita
ta mẽtes impfector ad lubricitatẽ.
qr nonduz spũalis sensus capaces
sũt qz ad spũalem deuotionẽ.Sunt
alie narratões qdaz valde steriles
in supficie lrali nec habẽtes aliquid
suauitatis spũalis si nõ apud illos
iã pfectos q forti meditatione sci/
unt sugere mel de petra. oleũ qz de
saxo durissimo quales inueniuntur
paucissimi.Ceteruz vero qd nisi fa/
stidiũ vt nauseã vel mentis aridita/
tem taliũ discussio ⁊ ruminatio sola
pferret vel afferret?

Particula.lxij.

Ropterea dicam⁹ osequenter
⁊ oformiter ad sanctũ thomã
et rationẽ ꝙ finis in ratiõe ꝑncipa/
lis est eleuatio mentis in deũ media
te vel immediate.directe vel indire
cte.principaliter vel occasionatiue.
Orans ꝟo q nõ pt cõseq finẽ istũ p
recogitationẽ attentã sensuũ orõis
pticularis q pferet.et hoc ꝓpt aliqz
ex causis tactis.q tñ finis dicit pri/
m⁹ et qi ꝓrius huic orõni.debz cũ
omi libertate spũs ⁊ absqz scrupulo
rũ solicitudine ꝯtent⁹ esse si finẽ vlti
mũ meditationib⁹ alijs osequat.Fe
lix si dicere posset. Oculi mei sp ad
dñm.Meditatio cordis mei in ospe
ctu tuo sp. Leuaui oculos meos in
mõtes vñ ve.aux.m.Felix si nõ dat
ei ꝯtẽplãdo volare.si pt vt repe vt
more locustar semet excutiendo vi
cissim salt⁹ dare

Particula.lxiij

Onitio p̃missa cantãdi Bern.
nõ repugnat huic p̃oni pz qz
sic afficiens se ad deũ p alias cogi/
tatões non elicitas ab immediato
sensu lr̃e q̃ canit nõ fac̃ aliud q̃z dz
neglecto eo qd̃ dz.imo facit omino
qd̃ dz ꝯformit ad finẽ a spũsancto
p̃scriptũ Veritas ẽ ꝯ ceteris pari/
b' expediẽti' est affectionẽ suã exer
cere iuxta lr̃az q̃ ꝓferẽt ꝓpẽ q̃tuor in
speciali rões. Vna est sc̃pture vene
ratio in qua spũsanct' sp loqui cre
dend' est. Altera est p̃ticularior eru
ditio circa mysticos sub arido lr̃e
nucleo clausos sensus Tertia ẽ sua/
uior assuefactio circa quotidianos
sẽsus Quarta ẽ maior stabilitio cir/
ca determinatos affect' q̃z circa va
gos et iugiter nouos. Dodat oro
que petat reuelari sibi suauitatẽ mel
lei sensus in littere fauo latenti.et h̃
p op̃sionẽ meditatõis q̃ p̃ius nõ
fiet nisi dederit de' paruulis intelle/
ctũ apiens thesaurũ suũ aque viue.

particula lxiiij

Enicq̃z plurimũ cõfert si prius
añ tps orõis fuerit cohibitio
sensuũ exteriorꝫ qm̃ dñs ianuis clau
sis dedit pacẽ et spm̃sanctũ discipu
lis. Sit insup ꝯtinua muscaꝫ inuti/
lium a facie cordis effugatio manu
fortis attentionis. Nõ ita tñ q̃n ali/
qñ fit expediens nihilipendẽ suã im
portunitatẽ plus q̃z importuni' eaz
abiicere conari licet p̃diture sint ad
horã suauitatẽ vngenti. Hoc exem/
plo cõfirmauit vn' patꝫ de reten/
tione venti in pallio. ali' de catuli la
tratu. ali' de aucaꝫ sibilo. ali' de mu
liere litigante. ali' de riuo q̃ violen/
tior fit obice posito. ali' de cachin/
nantib' terrere pueros volentibus.
ali' de blasphemie spũ. ali' de p̃uri
tu curiositatis q̃ nõ scalpẽdo curat
sed p rumusculos accendit. Est aũt
curiositas studiũ ea sciẽdi q̃ nos vel
nõ decẽt vel nõ expediũt vel nõ ed
ficant. Hanc cõpressit xp̃s in apl̃is
die ascensionis. hãc in petro q̃rente
de statu Iohis. q̃d ad te ait Vñ h̃
hoc metro cohibebat se vn' dicens
Clause q̃d ad te. sta q̃s tu duc duc
cor in alta. Fac op' iniunctũ deinde
vacato tibi Placuit ad ꝯfirmatio
nẽ p̃cẽdẽtiũ ponẽ p expressũ verba
sancti Thome sup. iiij. di. xv. matẽia
de orõe questione. ij. articulo. iiij.

particula lxv

Ttentio inq̃t in orõe p̃t esse tri
plex. Primo em̃ est attentio ad
verba quib' petim' et ad petitionẽ
ip̃az q ad ea q̃ petitionẽ ip̃az circũ
stant sic̃ est nec̃itas p qua petit de'
q̃ rogat et alia hmõi: Et q̃cũq̃z ha
rũ attẽtionũ assit nõ est reputanda
inattenta oratio. vñ etiã illi q̃ nõ in/
telligũt petitõis verba ad orõnem
attenti esse p̃nt. Ꝯ tñ vltima attẽtio
est laudabilior q̃z secda et secda q̃z p̃
ma. Et qz aia nõ p̃t esse vehemẽter
attenta ad diuersa. ideo p̃ma atten/
tio p̃ot nocere vt minor fit orõnis

fruct'. Si scda z euacuat vel scda ſ tertiã omino tollat. ꝫ nõ ecõuerſo. tñ attẽtio cõiter accipiendo. i. ad ali qd triũ ꝑdictaꝝ nõ nocz ſed multũ prodeſt. hec ibi

Particula. lxvj

Oro circa finẽ opuſculi poſſu m' addere diſtinctõnes magiſtrales de attẽtione et deuotione et affectione q̃ alibi ſeorſũ notate ſunt

¶ Prima diſtinctio. xij. mẽbroꝝ

Deuotio in oratione qñqz non admittit alias quaſcũqz cogitationes niſi ſolius dei. et hoc eſt in pñti vita rariſſimũ vbi vix hora vel dimidia ſit in celo mentis ſilentiũ.

¶ Scda ¶ Deuotio. qñqz recipit alias cogitationes ſed ꝓtinentes q ordinatas et ſolum tales. et hoc eſt rarum et bonũ

¶ Tertia ¶ Deuotio recipit cogitationes impertinẽtes q quaſi ſuꝑfluas et hoc eſt quotidianũ

¶ Quarta ¶ Deuotio recipit contrarias et aduerſas cogitationes. vt ſunt vitioꝝ. et hoc ꝑiculoſũ

¶ Quinta ¶ Cogitationũ impertinẽtiũ vna qñqz eſt vehemens et ſuffocans actualẽ deuotionẽ ſed non auferẽs virtualẽ nec habitualẽ nec vocem. et hoc ꝑt eſſe virtutis exercitiũ

¶ Sexta ¶ Alia vehemens eſt tollens virtualẽ deuotõnẽ. ſic ꝙ iã virtus deuotionis nõ imperat aut cõtinuat orõnẽ ſed oſuetudo vel alia ratio. et hec nõ neceſſario tollit laudez ab oratione

¶ Septima ¶ Alia eſt cogitatio vel affectio quaſi fluctuãs que nec excedit et ſuffocat deuotionẽ nec excedi tur tõliter ab ea. et hec ſtat cũ laude

¶ Octaua ¶ Alia eſt leuis et vento ſimilis licet videat importuna. ꝫ ſuperat aut otemnit. et hec non tollit laudem ſed exercet mentem

¶ Nona ¶ Cogitationũ contrariarũ vna eſt abſolute et directe cõtraria qua. ſ. orans deteſtatur orare et deuotionẽ habere ſed timore diſcipline ꝓſequit. hec omnino vitupera bilis

¶ Decima ¶ Alia qua orãs habet diſplicentiã conditionalẽ ſic ꝙ non oraret niſi vouiſſet. non tñ deteſtat ſe vouiſſe ſed placet. et hec eſt ſufficiens atqz laudabilis licet non excellens et habet deuotionẽ habitualẽ et originalem

¶ Vndecima ¶ Alia eſt vitioſa circa peccata. alia vt ꝓpter omotionẽ ire vel illecebre que nõ diſplicet nec acceptat oſenſiue licet velit nolit hõ ſentiat et hec ꝑt eſſe materia virtutis exercende et ad expulſionẽ expediret qñqz magis niti q̃z ad orõis continuationem

¶ Duodecima ¶ Alia vitioſa criminalit cui nõ ſufficienẽ reſiſtit. ꝫ ei vẽ vl interꝑtatiue oſentit. et hec eſt dãnabilis. q̃s ãt dicat ver'. q̃s interꝑtatiu'. alibi dictũ ẽ. Cõſentire ſiqdẽ dicit aliq̃s malo dũ nõ fecit qd in ſe eſt neqz facit vt vitet

¶ Subiungit alia diſtinctio de attẽtione ſub triplicitate multiplici.

Prima triplicitas

Attētio oro. nis triplex ē
- Recta habens aliud obiectum q̃z se
- Reflexa habēs p̃ obiecto se
- Coniuncta recipiens alias q̃z se

Secunda

Attētio oro nis recta triplex
- Generalis vt qz vult orare tota die
- Specialis vt qz vult talē orōez dicere
- Indiuidualis qz vult priculis singulis intendere.

Sic de affectiōe posset cē distinctio

Tertia

Attentio orōnis quolibet modoꝝ mox dictoꝝ triplex. Actualis cuius actus inest mouēs immediate Virtualis cui' virt' inest mouens actu cessāte. Habitualis vel aptitudinalis cui' sol' habit' inest nō sufficiēs io mouere

Quarta

Attentio orōis recta et simplex rursus triplex.
- Circa sola verba quasi materiā
- Circa solū sensū quasi formā.
- Circa solū deū quasi finem

Quinta.

Attētio orōis reflexa sicut ꝛ recta triplex
- Generalis
- Spālis vt s
- Indiuidualis

Sexta.

Attentio orōis reflexa quocūq̃z modoꝝ triplex
- Actualis
- Virtualis
- Habitual, vt. s

Septima

Attētio orōis recta et diūcta seu mixta triplex
- (positiue
- Circa contraria
- Circa opposita
- priuatiue
- Circa velut indifferētia ad vtrūq̃z

Octaua.

Attētio mixta circa positiue cōtraria triplex.
- Consentiens
- Dissentiens
- Pigra vel dormitans siue sint a carne vel mūdo vel demone talia oraria

Nona

Absolute voluntaria.

Attentio mixta dsenciēs oraryis triplex
- qz remittit ꝗ vincit
- Cōditionaliter volūtaria
- Interpratiue volūtaria. qz tenet esse vigil et non est

Decima

Attentio priuatiue opposita triplex
- Tollens omnēz circa verbū et sensū et deuz recogitationem
- Tollēs duo p̃missoꝝ et non verbū
- Tollēs tñmodo vnū sensū sez vel verbū vel

Vndecima

Attentio iuncta velut indifferēs triplex. Totalit incrupta actu virtute ꝛ habitu. Partialiter interrupta solo actu ꝛ virtute. Partialit interrupta solo actu. nō virtute nec habitu.

Duodecima.

Attentio orōnis qualiscūq̃z triplex p̃m q̃ oro est. Obligatoria sb pena

peccati mortalis. Obligatoria solo
ofilio bone equitatis. Obligatoria
soli' causa societatis vt dū q̃s tenet
nō orare vocalit ꝗ orantē attendē

¶ Tredecima

Attētio orōis mixte et inerupte tri/
plex. qñq̃ p vnaz aut tres dies vel
mensē ex cōsuetudine. patz in pegri
no. Per magnas moras sine renisu
forti vel frequenti Per morulas cū
renisu q̃i p saltū animi crebrū cōtra
muscas cogitationū importunas

¶ Decimaquarta.

Attentio orōis abigentis has mu/
scas triplex. Queda impossibilis et
vana et oturbatiua. Queda diffici/
lis nec p tūc vsq̃quaq̃ necia. Que
da facilis lz importūa tñ meritoria

¶ Decimaq̃nta

Attentio q̃libz p̃missaz sub debito
triplex. Circa verbū bona et necia
fit vt dicat a se vel socio. Circa ver
bū et sensū bñplacēs. Circa verbuz
sensū et deū pfecta. Et siles fiēi pñt
distinctōes de affectōe q̃ or affixio
q̃daz ¶ Decimasexta

Attentio q̃libz p̃missaz triplex. Ha
bitualis bona dū manet in attētiōe
ex decē annis nō criminalit interru
pta. Virtualis melior dū manet in
opatione. Actualis optima ceteris
parib' dum manet in toto hōie to
to corde tota aia tota mente tota
virtute

¶ Decimaseptima

Attentio reflexa in bonū triplex. Fa
cilis in cōtemplatiuo et spūali q̃ vo
lat libero velut celo. Difficilis i me/

ditatiuo et rōnali q̃ nitit surſū repē
do Vaga vel inutilis in solo aiali q̃
serpit in humo

¶ Decimaoctaua

Attētio reflexa in bonū triplex. Ra
rissima p̃mo modo tā duratione q̃z
visitatione. Rara scdo mō nec sp ne
cessaria vel cauta in vocali oratōe.
Quasi nulla tertio modo et sufficit
q̃ cū asina ihzlm talis ambulet. In
simplicitate q̃i vitula effrayz docta
diligere triturā atq̃z muscas acres
cogitationū quantū valet tolleret.
nec ita velit abigere p impatientiaz
q̃ sessorē suū spñsanctū deijciat

¶ Decimanona

Attentio reflectens se sup attentio/
nē p̃teritā in verbis orōis vocalis
in se vel cū socio triplex. Vna q̃ ve/
hementer estimat verba nō ptulisse
Alia q̃ istud timet velut ad vtrūq̃z.
Tertia que vehementi' opinat se
dixisse vel aliū secū q̃z omisisse

¶ Vicesima

Attentio reflexa iudicans. Primo
modo opellit ad repetitionē vel pe
nitentiā sec' de non attentione circa
sensum vel deū Scdo modo suadet
repetitionē et aliqñ compellit ꝓpter
oportunitatē habitā. Tertio modo
dissuadet repetitionē poti' q̃z impel
lat. et hoc ꝓpter innatā mentis eua/
gationē q̃ nō recordat facilit eorū
circa que non actu reflectit sicut nec
oportet.

Exhortatio conclusiua.

¶ Attēdite vobis igit q attentioni

vre in orib' debitis. O ecclesiastici vos pcipue fres religiosi quor intuitu res hec agit. Attendite cū pia solicitudine que prauā expellat tā/ q̄z clau' clauū. Attēdite vt sciat vn'/ q̄sq̄z donū dei nō pl' nec min' sapi/ ens q̄z oportet. et hoc vtiq̄z non poterit facilit osumari cum prauū sit cor homis et inscrutabile nisi sermo dei viu' et efficax assit discretor cogitationū et intentionū cordis nri q̄d vt fiat orand' est et in ipm iactād' noster cogitat' vt tādē verbis apli cis ocludam' Nihil soliciti sitis. sed in omni orōne cū grar actione petitiones vre innotescāt apud deū Et pax dei que exuperat omnē sensū custodiat corda vra et intelligentias vras In xpo Jhu dno nro Amen.

Datū parisi' p mgrm Johānez Gerson cancellariū parisien. Scriptū anno dni. M.cccc.xxvij. x. kal. Martij.

De materia cele

Tractatulus sup materia celebrationis missar eiusdē magistri Jobis de Gersonno

Habitatū est apud me frequēter et diu pserti post susceptū sacerdotiū siqs nocturno pollut' somnio a celebrādo missam cessare deberet. Experti' sū similit multos psertim religiosos et nouissime quēdā p ceteris tali obitatōis scrupulo ñ par turbatos dū ex vna pte eos ad celebrandum trahit deuotio. ex altera timor offē se repmit. Tandē effect' sup hac re certior tū ex doctor sacror lectione tū exptor q virtuosor osultatione exemplo. tū postremo ex ipa ratōis et expimētalis cognitōis attestatione induct' sū vt osideratōnes aliqs breues et nō prsus inutiles sup hac celebratōnis materia oponerē. eas iudicio meli' et sinceri' sapientiū supponēdo. Considerationū hmōi q̄dā erūt accessorie quedam p directū responsiue. Precor aūt dari veniam si forsā impuri' loquēdū erit. qm̄ morbus talis est q̄ vix aliter detegi. vix pulcriorib' medicamētis sanari potest. et sic de alijs

Prima cōsideratio

Nullus habet certitudinem euidentē absq̄z dei reuelatione speciali q̄ sit sufficiente disposit' et dign' ad celebrāda ms

se misteria. Pz qz tũc posset aliq̃s
euidenter ognoscere se esse in gratia
gratũ facierẽte. et ꝙ sufficienter fecit
q̃cq̃d requirit̃ ad hoc ꝙ de sibi gra
tiã hãc infuderit. ꝙ insup nullũ po/
nit obicem ex pte aliqua ad hmõi
grẽ susceptionẽ Deniq̃ sciret euidẽ
ter ꝙ rite ostitutus est sacerdos ad
habendũ ptãtez nullaten impedit
et similia multa q̃ sũt pure ordinen
tia et q̃ sciri nõ pñt infallibilit̃ absq̃
dei reuelatione speciali. Pretẽa q̃s
nesciat posse fieri vt homo deĩ in re
probũ sensũ ex demeritis p̃cedẽtib
vt nõ videat pcã sua. et ira nihil si/
bi oscius sit. nõ tñ in hoc est iustifica
tus put apls formidãdo testat̃. for
san est talis opat ipi Dman supbo
q̃ ad cõuiuiũ hester venit reputans
hoc sibi ad honorẽ esse p̃cipuũ qõ
sibi erat ad suspendiũ. Quid sicut si
auditur est Amice qõo huc intrasti
nõ habẽs vestẽ nuptialẽ. Forsan de
niq̃ talis ãmirat est inter illos de
quib ꝓba nõ tã impcatiue q̃z pre
nũciatiue dixit. Fiat mensa eoꝝ co/
rã ipis in laqueũ. et in re. q in scan/
dalũ. Obscurent̃. o. e. ne vi. et. d. e. s.
incurua Effũde sup. e. irã. t. q. f. i. tue
cõp. e. fiat hi. e. d. et in taber. e. non
sit qui inhabi. Videtis q̃ extimescẽ
da snia si mistico sensu vtimur ordi
quosdã ad sacrã eucharistie mensã
accedentes iudicat̃ p̃sertim cũ dicit̃
Obscurent̃ oculi eoꝝ ne videãt. Et
cõforme ad illud apls intonat et
minat̃ Qui indigne inq̃t manducat
et bibit iudiciũ sibi manducat et bi/
bit Et rursus ꝓpt̃ hoc inter vos mlti
imbecilles ꝛc. Hec imbecillitas et
hec dormitio magis ad aiaz q̃z ad
corp referẽde sũt puto. Cõstat aũt
ꝙ hec omnia certitudinẽ euidẽtie tol
lũt ab aliquo sup sua ad celebrãdũ
dignitate

Scda consideratio

Hp digne celebrandũ et absq̃
temeraria p̃sumptione q impu
tabilitate ad nouũ peccatũ nõ req
rit̃ talis euidẽtie certitudo sup cele
brãtis dignitate. Pz qz null tũc q̃z/
tũcũq̃z iust et pur debẽt celebrare
nec ꝫ posset absq̃ discrimie si nõ fie
ret ei reuelatio specialis. Sufficit g
certitudo talis qualẽ in matẽia mo
rali cõsueuim experẽ et cape. Que
certitudo p̃t appellari certitudo mo
ralis aut ciuilis sicut prudent̃ loque
bat̃ pbs ꝓmo Eth. dicens. iij. c. Di
sciplinati eñ est in tãtũ certitudinẽ
inquirẽ ꝓm vnũquodq̃z gen in q̃n
tũ natura recipit. Ad hanc certitu/
dinẽ moralẽ suffic̃ vt plurimũ ꝙ hõ
accedẽs ad missaz discusseit osciaz
suã sicut fecisset ꝓ magna re lucrã
da aut incõmodo graui euitãdo. q
ꝙ nõ sit sibi cõsci post hãc discussi
onẽ de pcco mortali aut de ꝓposito
peccãdi mortalit̃. ꝙ insuper nõ cog
noscat se aliud impedimẽtũ legitim
ꝓ excõicationẽ aut irregularitatem
hanc. Consentio itaq̃z in hoc cum
Durando quarto sententiaꝝ distin
ctione. x. questione. x. ꝙ talis etiã si
esset in pcco mortali nesciens nec de

eo expressā ageret cōfessionē repor/
taret vnū e duob'. Aut si remitteret
tale pccm virtute sacramenti qz vi/
det facere qd in se est ad ei' deletio
nē. nō enim de' req̄rit vltra posse. Aut
fieret sibi diuinit' illustratio et reco
gnitio sui pcci quatin' p pniaz illd
dilueret quemadmodū multis ōtin
gere pbatissimū est qui in initio sui
sacerdotij dū celebrationē cōtinuāt
in memorationē redeunt plurimoz
q occultissimoz pccoz. Similē inue
niūt graz illi q̄ nouit ad frugē meli
oris vite toto corde se preparant.
Porro talia pcca in recordationez
veniēcia ex irradiatōe superioris lūis
in pfunda abysso anime. nō idō ta
les ofiteri tenent q̄ non pus deleta
eē potuerūt modo p̄dicto. ꝗ fit hoc
ad obediendū p̄cepto de ofitendo
semel quodlibet pccm nrm quod et
dū distincte cognoscim'.

Tertia cōsideratio

Non omis scrupulus aut dubi/
tatio de pccō mōrli neq̄ omis
indeuotio aut deordinatio aut nō
attentio impediunt de necitate cele
brationis dignitatē. Ptz qz certitu
do moralis qualē p̄dixim' sufficere
opatit secū vacillationē quandam
animi aut hesitationē quandaz vel
suspitionē seu scrupulos q̄ hō non
sit sufficient dispos' aut q̄ impedi/
mento aliquo ligat' est. Cōpatitur
etiā deordinationē aliquā p̄sertim
virū inferioz et legis tyrānice mē/
broz q̄ nō est sepe subdita nre ptāti
Ex qua causat indeuotio q̄daz. q̄m
nō plena et actualis sp attētio cōse
quūtur. nec ob inde pccō maculari
necesse est. Et siq̄s opposuerit q̄ du/
bitās de aliquo an sit illicitū et stan
te dubio illud agēs peccat qz se dis
crimini scient obiicit. Rsideo cū dno
Guilhelmo anthisiodoren. regulam
hāc mgrālē intelligendā esse de du
bio tali qd est vehemens et magis
aut saltē eque inducit mentez credē
q̄ est mortaliter illicitū. sicut q̄ est li
citū. Tec' est vbi mens pl' inclinat
et iudicat q̄ est licitū q̄z illicitū. quā
uis nō habeat vsq̄quaq̄z certitudi/
nē euidentē aut fixā. qz nec hoc ipm
requirit. Sunt itaq̄z nōnulli et ples
q̄ fortis sūt fātasie. q̄ p̄cēa sepe tre/
pidāt timore vbi iudicāt etiā nō eē
timendū. Tales debēt inniti cōsilio
superioz et prudētū. et ōtra talē ipo/
rū vacillatōez audacter opari. Sic
enim plerunq̄z vincet. abibit q̄z. Qui
do renuūt credē superioz et prudētū
dsilio ad tales scrupulos deponen
dū. q agēdū ōtra eos. errāt mltipli
cit. Primo p supbiā et arrogātiā p
ponēdo iudiciū suū et prudētiā ali/
ozū iudicio. rursus talis vir aut nū
q̄z deuotōnē habebit solidā nec pa
cē oscie a talibus. ac pinde carebit
loc' aie sue hospite illo de q̄ pba
dixit q̄ In pace fact' est loc' ei'. Di
cūt doctores aliq̄ qb' assētio q̄ ali
qn nō ē tā meritoriū credē sic velle
credē. nec dolē sensualit de pccis sic
velle dolē et nō posse. Desiderium
pauper exaudiuit dns inq̄t pba.
preparationem cordis eoz audiuis
auris tua. Ide' itaq̄z iudicat nos et

nra ꝑm supiorís rōnis arbitriū vo
lūtatē et iudiciū. et nō ꝑm ea q̄ nob
inuitis atqꝫ ꝯtradicētib⁹ portio sen
sualitatis inferior aduehit et ꝓuē
qualia sunt volubilitas imaginatio
nū et fātasiaꝫ. stimul⁹ insup carnis
illecebrosus et vindicatiu⁹ Iacilla
tiones ꝑterea timide et incerte sup
agēdis aut sup eis credēdis q̄ nris
nequaqꝫ sensib⁹ attingim⁹ et similia
Decipiunt in hoc multi ex simplici
b⁹ distinguē nescientes inter ea que
portio aie supior agit p ꝯsensū ea
q̄ portio inferior patit absqꝫ supio
ris assensu. Darent idcirco sepe ali
is salubre ꝯsiliū q̄ nesciūt illud ꝑsta/
re sibi Quare sic? certe ob turbā hāc
passionū simul irruentiū tumultuan
tē et rixantē. Quocirca memorādū
ē beati Bernā. sup hac re ꝯsiliū. Erat
ex discipulis ei⁹ q̄dam tantis inquie
tat⁹ scrupulis vt ad celebrandū nul
lo pacto auderet accedere. Dixit ei
deuot⁹ et circūspect⁹ Bernā. postqꝫ
hoc accepit. Vade frater et in fide
mea celebres. Obediuit discipul⁹ et
scrupul⁹ ois ille perpetuo. discessit
Laudanda ꝓsus et imitanda tam
illi⁹ pris industriosa fiducia qꝫ isti⁹
fris fidelis obedētia. Dicet aliqs
ex simpliciorib⁹. vtinā talis mihi eēt
abbas aut prior qualis erat beat⁹
Bernā. credere facilē imperāti. Nūc
vero dū supiorís mei paruā sapiaꝫ
inspicio nō audeo meā ꝯsciaꝫ et sa/
lutem sue fidei tali pacto cōmittere
Quisqs ita dicis et sapis erras et
desipis. Nō em̄ ꝯmisisti te et salutē
tuā in man⁹ hōis qꝫ prudens est et

plurimū litterat⁹ aut deuot⁹. sed qꝫ
tibi est ꝑm regularē institutionē pre
posit⁹ et prelat⁹ Quāobrē obedias
sibi nō vt hōi ꝫ vt deo iubenti. si tā
nō ꝯtra deū. Et sepe tanto erit obe
diētia tua placētior deo tibi qꝫ fru/
ctuosior quāto est indignior ille cui
ꝓter deū subīci nō refugis. Caue/
as ad extremū nedū q̄ras securita
tē nec illam adipiscaris in grauē ru
as dijudicatōis et ꝑsumptionis fo/
ueam

Quarta cōsideratio

Contingit vt possit aliqs eodē
tpe ad celebrationē laudabili
ter accedē. posset nihilomin⁹ ab ea/
dē laudabiliter abstinē. quo casu ꝑ
mū de se laudabili⁹ est qꝫ secunduꝫ
ꝓtꝫ ꝑma ꝑs qñ aliqs est sine cōsci
entia peccati mortalis aut alio im/
pedimēto et nō est obligat⁹ ex offi
cio. vel aliter celebrare. Tunc habet
vtrunqꝫ in sua ptāte facē licenē atqꝫ
laudabilē vt vl cū centuriōe dicat
Dñe non sū dign⁹ ꝛc. vel cū zacheo
dñz fidenē inuitet. Secdaꝫ ptē pbo
cū durādo. iiij. sniaꝫ di. xij. q. vi. Ce
lebratio q̄ppe est de p se op⁹ bonū.
abstinē aūt ab ea si sit bonū magis
est in ordine ad indeuotionē suscipi
entis qꝫ de p se. Rursus celebratio
hz efficaciā magnā ex ꝯtute opis
opati ꝓpē quā nō tātūdē valet vo
lūtas sola celebrādi sicut par volū/
tas actu celebrās. Addit itaqꝫ op⁹
hoc exteri⁹ aliqd bonitatis ad bo/
nitatē voluntatis ꝓpter meritū pas
sionis christi. propterea dici solet

opus ꝑuilegiatū. Ampliꝰ ille q̃ celebrat in opis executōne magnā adipiscit deuotōis pinguedinē et diuinius solet occupari. Ducit insup a virtute nobiliori sic agendo videlz a caritate et dilectione huiꝰ sacramēti qz nō celebrans q̃ timore potiꝰ se ꝓtrahit. Q̃ siq̃s dixerit vacationez a celebratiōe ideo fieri vt ipa postmodū reuerētiꝰ et deuotiꝰ quāto rariꝰ impleat Fatemur posse sic euēire Sz ex aduerso ꝓtingere ꝑt q̃ talis ꝑtractio remouebit habitudinē ad bonū cuiꝰ effectꝰ est ꝑm pb̄m delectabilis. Signū inquit adquisiti habitꝰ est delectatio in ope. Euenit insup plerūqz illō dēm Rasonis Qui nō est hodie cras minꝰ aptꝰ erit Distraheris hodie. parū deuotꝰ es. parū recollectꝰ. plurimū tentatꝰ a carne. mūdo. vel demone. Credo equidē Sz agnoueris q̃ nō dormiūt q̃ te ꝓsequunt. q cras ꝗdē erūt aduersantes tibi hostes/ tue qz deuotioni insidiantes. quales sūt hodie Quo circa nō irrōnabiliter ꝓsulit sapiēs. Quodcūqz ꝑt inq̃t manꝰ tua instanter opare. Nescis ei qñ tale tps ad laudabilit celebrandū tibi cōcedet quale mō habes. Et si vtrūqz habeas vtrūqz meliꝰ est. Esto. fueris in hac vl illa re ꝑfectuosus cur noꝰ defectuū in nō celebrādo supinducis? Iz frigidꝰ sū dicis aut tepidꝰ. Sepe suscipit initiū celebratōis hōiez parū deuotū q frigidū quē in fine calescentē dimittit q feruidū. Corpꝰ xpi ignis est spūalis accede fiducialiter ad hūc ignē calesces facilis. Audiamꝰ orantē Ambro. q deū alloquētē Graue ē q̃ ad mensā tuā mūdo corde et innocētibꝰ manibꝰ. nō venimꝰ Iz grauis est si qz pcca metuimꝰ sacrificiū non reddimꝰ. Refert narratio scōꝝ patrū de quodā euagrio q̃ nō nisi semel in anno cōicandū esse cēsebat ꝓtra quē scī ꝑres repugnabāt argumētātes q̃ aut dignū se putabat et dispositū q̃ semel in anno cōicaret. et ita ꝑsūptuosus erat. aut indignū se tūc fatebat et nihilominꝰ accedebat. Cur nō ita poterat aliꝰ sicꝰ pluries sacra hec cōficē quanqz de se/se sciret indignū Si fas ē itaqz semel in anno cū timore dei celebrare. cū eodē timore poterit sepiꝰ sicis eē ad celebrādū licētia Fuerūt nec ignoro scōꝝ aliq̃ q̃s certa rō cōpescuit ne celebrarēt in eknū Sz ꝓticularia hec facta q̃rundā veneranda magis sūt pia interꝑtatōe qz in exēplū agēdi trahēda. Postremo si sū nesciꝰ diuersa eē dona et vocatōes in diuersis ꝓut spūsscūs voluerit. q aliꝰ indisponit ꝑ interruptionē celebrationis. et sese vir postmodū recolligit. aliꝰ ex eadē frequentatione reddit indeuotior. q ex tali familiaritate ꝓmptior ad ꝓtēptū. Quāobrē suā inꝛrogat vnusq̃sqz ꝓsciaz tūc ꝑ expientiā et prudētioris alicꝰ ꝓsiliū id qd̄ oportuniꝰ opererit exeq̃t Hinc dicebat egregiꝰ doctor Augl. q̃tidie celebrare nec laudo nec vitupero Ipe tñ et alij ꝓsulūt sic viuē vt q̃tidie dignissimꝰ accedē

Illa pollutio inchoata et p/
fecta in somno pccm ē morta/
le.pz ex famosa Augl.regula ꝙ pec
catū adeo voluntariū est ꝙ si nō eēt
volūtariū nō esset pccm.et intelligit
de actuali. Rursus ista est expressa
determinatio eiusdē ꝑmo.de ci.dei c.
xxv.loquētis de violenta corruptio
ne virginis alicuī. Quanto magis
inq̃t absqz culpa est in corpe nō cō/
sentiētis si absqz culpa est in corpe
dormiētis? Dicētes oppositū cōtra
dicūt nō solū theologice sed phice
determinatōi.nec habēt q̃d respondē
ant si fiat eis argumentū de furiosꝭ
et infantib' et alijs nō vtētib' rōne
q̃s.p tūc nō peccare noua trāsgres
sione. Ocors est oim sapiētiū recte sē
tētia. Notanē dicim' si pollutio in/
choata sit et pfecta in sōno.qm̄ pos
set aliq̃s vigilās impuꝫ hr̄e dehde
riū se polluēdi quo vigēte cadēt in
somniū in quo sua pollutio oplerēt
Posset similiē pollutionez in somno
captā expgiscēs male cōsummare.
Constat in his casib' radicē pollu/
tōis esse liberā atqz flagitiosaz ꝑ
quā illud opus obscenū imputabit
ad culpā. Ntuero si vtrobiqz fuerit
in ꝓncipio et fine carētia vsus rōis
q cōsensus.liber erit vtiqz talis act'
et si vigilādo cōplerēt absqz culpa
mortali. Palā est rō.qz libertate ca/
rebit. Poterit forsan aliq̃s peccare
postmodū cōplacēdo sibi in tali vo
luptate pbrosa quā habuit. Nō ob
inde tū redderēt ꝓr act' pollutōis
culpabiliē vitiosus.posset etiā aliq̃
modo placē ꝓm sanctū Tho. nō qz
voluptas est.ꝫ qz sanitatē et natuē
affert exonerationē absqz sui q̃ pa/
tiē pcuratione vel assensu. Deniqz
nō cōsulūt sancti ꝙ debeat violenē
flux' ille dū cuigilādo sentiē iā efflu
ens coerceri. qz vel esset frustra co/
nat' ille vl nature sup̄ modū graua
tiu'. Cōfirmatio oim ista est ꝙ act'
exterior nullū pccm est nisi denōia/
tōe extrinseca pl' q̃z vrina q̃ nō ōr
ꝑrie sana Si nullū sit igit in animo
ꝑrie dictū pccm dū libertate non
vtiē null' erit ꝑtūc act' exterior viti
osus. Neqz tū negabim' q̃n p crapu
lā aut dānabilē illecebrē vigilie pos
sit aliq̃s in hanc illabi sordiciē ꝫ cul
pā tūc vigilia nō somn' hz.q̃nq̃z et
crapula et cogitatio voluptuosa le
tali crimine sepe carēt et pñt aſi so/
mnū dilui pe
nitēdo.

Sexta cōsū

Ollutio corpalis in somno cō
tingē ꝑt non solū absqz pcco
mōrtli ꝑcedēte.imo et ex merito. pz
ex distinctōe famosa data pGregl.
q alios tā theologos q̃z naturales
Euenit itaqz nōnunq̃z hec immūdi
cia ex infirmitate aut debilitate na
ture exonerare se volētl.aut retinere
nō valētis. Nāqz est ꝑtēa aliq̃s flu/
xus fere talis i viris aliqb'qualē fe
mine patiūē i mēstruis.et fit cū nul
la aut tenuissima voluptate eē vigi
lando. Fit aliqñ insup aliq̃s flux' tā
ta lubricitate q facilitate in q̃busdā
viris aut feminis ꝙ solo aspectu
aut alloquio aut leui cogitatione
prouocat. Quis ergo dixerit apud
tales inuitos et renitētes aut nullo

modo osentiētes ab initio vsqz ad finē pcēm mortale omitti. nō omniū vna est oplexionis armonia. Quos dā videm' e naso leuissima aut nulla occasione defluē sanguinē alios cū violentia multa ꝯ nō pati scim' Cognoui hominē septuagenariū secularez et valde crapulosū q̄ nunqz se pollutū fuisse dormiēdo testabat et hoc in alīs mirabatur. Alium vidi religiosum et sobrium qui p decenniū et amplius fere quotidiana hac passione verabat Quidam vir somniāt dormiētes alios somnia iugiter exagitāt. Sz omittam' hec et similia q̄z determinatio medicos pl' aspicit et similiē remedia q̄nqz m̄ fassus fuerit vn' ex medicis famatissim' se p̄ez ad medendū tali nocturno fluxui i alīs studuisse diligēt ꝯ frustra laborasse. Nos āt moralia seu theologica loquētes declarem' quo pacto possit ex merito p̄cedēte pollutio nocturna cōtingē. Primo q̄dez ex arta abstinentia in pane et aqua. hoc euenīē p̄spicuū fecit expientia. Ampli' volēs aliqs hoc vitiū carnis p̄dicādo detestari. nōne sup illo cogitare posset. aut similiē ofessiones audiēdo. posset vtiqz et cum merito magno. Nihilomin' occurrē videbit in somno nōnunqz p̄cogitatā impudicicia simulacra q̄ ipm ex illis sicut in alīs ad pollutionem ocitari posse q̄s negauerit. Dodūt sancti p̄res q̄z fuerit ocul' mentis apt' et tersus ad fallaces insidias demonis intuendas nōnunqz has sordes fieri illusione sua vel ad ērendū et inq̄etandū timorose oscie puritatē. vel p boni opis vt celebratōnis impedimēto. vel vt vigilāti placeat q̄ō somniās ptulit. vel vt abstinentiā piculosā et indiscretū vite rigorē suadat et in insaniā p̄cipitet. vt vt deo p̄picio et pmittēte deuotaz mētem sic exerceat et ex tali fedita/te stimulatā in hūilitate custodiat. Hoc in loco duo sunt dicta Gregl. mēorando Primū est q̄ sepe tales illusiones seu pollutōes anim' nesciens ptulisse magis dolēd' est q̄z fecisse. Scōm q̄ bonaz mētiū est ibi culpā agnoscē vbi culpa nō est. sic tū agnoscat culpa vt nō indiscrete impediat opatio iusta neqz corpis debita sustentatio deserat. Ne ptēa aliqs osciaz sibi fabricet et nutriat erroneas. ne cadat in scillā cupiens vitare caribdiz. Patiet fortass aliqs hesitatōes varias dū ad comedendū vt dormiēdū accesserit, dicz q̄z sic. polluēis si hoc et hoc nō omiseris. si nō tibi p̄cauebis. cōtēnat talia nēce est q̄ discrimē magis immi/nere circūspicit si non parē cū alīs viuēdi formā prudenē insequt. Scrupulosis g' cōtra scrupulos agēduz ē q̄ fixo opis pede certādū Hac arte prudenē vsus est ille qui turbato cuidā iugiter sup repetitiōe horaz suaz si nō assidue et actualiē attēderet ad eas. Iniūxit pniaz hāc ad tē p' ne qūolibet horas semel dictas iteraret. Neqz em̄ requirit actual sp attentio. sufficit habitual seu virtual

nō interrupta scienter et a ꝓposito p deliberatā attentionē circa aliud penit' incōpatibile. mille surgūt apud aliq̄s tales scrupuli more canū oblatrantes et lacerare minātes ipos ambulātes p viā mādatoꝫ dei q̄s euincere et opescere meli' q̄z p contemptū neq̄m'. Tantūmodo fit ote pt' iste timore reiecto et regulariter nō absq̄z p̄uio alteri' p̄sertim supioris osilio. alioq̄n timor immoderat' facit casū aut p̄cipitat inconsulta p sumptio

Septima consideratio.

Nulla corpalis immūdicia de p se impeditiua est celebrationis. sed bñ de p accidēs rōe comitātie alicui' vel sequele in aia. Hāc osideratione deducit Bonauēt. iiij. sentētiaꝫ. di. xij. q. iij. Et pz satis p̄ma ps ex verbis xpi si bñ ppēdat' dicēdi ratio Math̄ xv. Nō lotis manib' manducare nō coinq̄nat hominē. q rō ē. qz nulla passio talis aut immūdicia exterior de p se pccm est aut de nccitate pccō oiūcta vl' inducēs ad pccz. Preterea qualis est immūdicia sordidior et abomiabilior corpalis vt corpalis ē q̄z sanies leprosoꝫ. hec tñ nō impedit celebrationē p̄sertim si fiat in occulto. Idez sentiunt doctores de menstruis mulieꝫ et de fluxu ppetuo viroꝫ aliq̄ꝫ Secūda ps declarat' distinguendo. qz q̄doz immūdicia corpalis cōiuncta est immūdicie spūali p̄m veritatē sic in vigilia habent fornicātes. Alia ē coniuncta tali immūdicie spūali tanc̄ūmodo p̄m quandā similitudinē aut cōformitatē put est in somnijs sordidis et impuris q̄ñ nō pccm est ꝗ similitudo pcci. Aliā videm' immūdiciā q̄ horrorē et abominationez quandā visa vel recogitata generat vt in leproso et alijs plūmis. quāuis nullā sciam' inesse pcci veritatē aut effigiē. Postremo alia est indifferēs sicut in pedib' lutosis aut facie puluerulenta et sudante. Prima q scda generant vt frequenē in aia hebetudinē quandā discrasiationē q deordinationē atq̄z indeuotionē q̄m sic̄ gustato spū desipit omnis caro. sic ecōtra. et ampli' gustata carne desipit spūs q fit carnalis ad tps lōgi' aut breui' p̄m diuersas habituationes atq̄z oplexiōes. De his in figura dictū est antiq̄s vt taliter immūdi separentur ab alijs vsq̄z ad vesperā et vestimentoꝫ lotionē. Hoc Gregl. sic exponit vt nisi p̄us ignis temptationis recesserit reū se quasi vsq̄z ad vesperū cognoscat. Cōstat eñ nl̄as tales institutōes q̄ cerimoniales erant atq̄z figurales nullatenus ad obligatōes nr̄as trahendas eē nisi iudaisāre velim'. Propter̄ vespera in hoc loco et lotio material' nō ad lr̄az accipiēde sūt. ꝗ tādiu reputet se hō imūdū vt extra castra scōꝫ mysterioꝫ secedat q̄z diu tl̄es in eo vigēt pcci reliq̄e ebetudo scz mētis. carnalitas et deordinatō atq̄z indeuotio purganē alijs tardi'. Alij ofestiz lugēt hūilitate q pmptl. lacrimis diluūt q exterminat q̄cq̄o carnalitatis cōcretū erat et omne et'

De materia celebrationis

vestigiū breui lamēto delent et abolent. Sordes tertie celebrationi obsunt ꝓpter scandalū vel horrorem quorū vtrūq; de ꝑ accidens nocere potest deuotiōi anime. Pñt etiā de per accidēs celebrationē impedire dū videlicet scādalū vel horror et ex ꝓsequēti indeuotō celebrātis aut assistentiū vehemenē presumunt accessure. Sec' vbi sunt oēs exercitati et perfecti apud quos tale nihil timendum est.

Octaua consideratio

Possibile est absq; vlla reprehēsiōe et cū merito aliquē somno pollutū sacrosancta misteria ꝓtingē atq; celebrare. Ptz ꝓsideratō ex deductione precedentiū. Ad dignam itaq; celebrationē sufficiūt preparātō talis que nō relinquat ꝓscientiā peccati mortalis aut impedimēti legitimi. et que deuotionē atq; reuerētiā ad sacramentū penit' nō excludat. Sed pollutū modo dicto possibile est ista in se sentire nō longe post talem passionē imo q̄ humilior deuotior et ordinatior et reuerentior ad sacramentū accedet. Constat enim q̄ obscenitas humorū isti' cum suis reliquijs non perpetuo durant nec ꝓpetuo ad celebrationē impediunt etsi daē spaciū xxiiij horarū sicut albert' determinare videē poterit aliquis. vna hora purgatior effici q̄z ali' in centū. Cur nō ita fiat ad celebrandū similiē aptior Porro si timeatur reuersio taliū illecebrarū ꝛ passionū tpe celebrationis. Pñt vtiq; et in oñib' ꝓtingere vel ex aspectibus solis ꝓprib' vel ex corruptela nature vl diabolica opatione. Hec nr̄a ꝓsideratio maxime locū habet in religiosis viris et ꝓtemplatiuis quorū est adeo facilis ꝓuersatio ꝓpter fortē habituationē. ꝓpter etiā carnis subiectionē dū vigilant. Raro aūt apud secularīē viuentes aut nouā bñ viuendi formā inchoātes talis repentina seu leuis recollectio deuotionis inueniē. Cessare eos idcirco aut tardi' accedere ad sacramentū hoc reuerendissime tractandū ꝓuenit. Habet ꝑterea locū nr̄a ꝓsideratio vbi illusio demonis nr̄az deuotionē impedire volentis ꝑspiciē aliquib' indicijs neq; cedere debem' eidē sed obniti poti' vbi subinde timet aliquis sacerdos de scandalo si nō celebret vbi deinceps teneē aliquis celebrare vl ex suscepto officio vel ex ꝓmissione vel mutua vicissitudine et ꝓformitate ad reliquos cū quib' viuit. quēadmodū sūt religiosi pene oñes. Attēdendū hic q̄ nullus palā teneē ꝓprium defectū vel infirmitatem occultos ꝓdere. vt plurimū cautius est atq; discretius ꝓtegere. Prodit autez se ipm talis nō celebrans. scandalisat q̄z frequenter et cogitationes varias ascendere facit in corde aliorum Nolo tū ꝓiudicare sicut nec possum nec debeo ꝑ hec dicta mea quecūq; institutionib' religiosorū si aliq̄ sint ad oppositū. verū est nempe illō apli

Quilibet in suo sensu abūdet Sz dixi interim q̄d mihi dicendū posse videt si nuda cogitet veritas apd habētes libertatē legis xpi Opponat forsan aliq̄s d fornicariis q̄ similit in breui possent recolligē se ab omni/b' pcti relicq̄is animā extergē. posset igit statim celebrare. Opponeret alius de diugatis apud q̄s possibile ē pcēm in sua diūctione non omitti q̄ tñ de cōione separandi vident. Ad hec dicē possum'. Primo ad vltimū q̄ doctoꝝ famosoꝝ snia ē tales cōiugatos si accedāt ex deuotione p/sertim dieb' solēnib' nō peccaē. qñ vl affectu plis gignende. vel reddē di debiti aut incōtinētie vitāde causa cōmixti sūt. nec obstaculū aliud ē Ad primū nō aliud p nūc dicimus nisi q̄ rarissimū hoc esset de his que vix aut nunq̄z eueniūt doctores parū tractant. Si tñ immineret graue scandalū p omissione. si p̄terea grādis ottitio ocurreret. si denq̄z magis ex surreptōne diabolica aut vehemēti temptatōe tale flagitiū apd se raꝝ omisisset. Audiat q̄ pfūdius sapit talē phibē fateor nō audeo in hoc casu et alijs sicut pspicuū est ex p̄missis. relinquēdi sūt multi sue conscietie q̄ iudicio circūstātijs omnib' quas prudētia circūspicit indagāt.

Nona cōsideratio

Recipue ex diuino munē q̄ nō ex nr̄a industria seu preparatiōe reddimur digni mysterioꝝ p̄ticipatione sacramētoꝝ. Hec cōsideratio si cū sapore intimo masticet humilitas nos vehemēt. Et pfecto hūilitas sola est q̄ disponit ad dignitificationē et preparationē p talis tanti q̄z hospitis in aie cenaculo suscepti one. Scio hōiez q̄ taliter in veritate cōperit nūq̄z potuisse ad quietaz et serenā dispositionē celebrādi p̄tigisse quousq̄z diffidēs de omni sua industria et labore et solicitudine et p̄paratione p ofessionē aut alias immolauit i ara cordis bouē superbie. dixit in animo cōtrito et hūiliato cū Daniele. Dñe nō in iustificatiōib' meis p̄sterno p̄ces meas ad te. Iz in tuis miserationib' multis et magnis. Et rursus cū pha. Ego aūt in multitudine misericordie tue introibo in domū tuā adorabo ad templū sanctū tuū in timore tuo. et silia q̄dam q̄z aliqua scriptis inseruit. Plane industria nr̄a et preparatio quales agere oueniente possum' req̄runt. eis tñ si innitimur fallimur et cadim'. aut tāq̄z sīq̄s baculo arundineo sustentet vacillam' neq̄z habitam' in adiutorio altissimi duz nr̄is meritis fidim' vel in pcōoꝝ sola recordatiōe torq̄mur. Mimiꝝ si tūc in p̄tectiōe dei celi nequaq̄z omoremur. qua d̄ficiēte p̄tectōne q̄s subsistet? Fuit cuidā p somniū ostensa visio talis. Precipitat' in cloacā erat et a quodā baculo stercorib' infixo sustētari ne p̄fūdaret satagebat. Ptuero bacul' ille fūdo ten' dimittebat assidue cū fetore intolerabili. sentiēs ille piculū tota mēte ad dñm ouersus relicto ba/

culo ofestim ereptus est. Sane cōsci
entia nr̄a quātūlibet munda est clo
aca q̄daz plena stercorib⁹ fedis de
fectuū quotidianoꝝ. baculꝰ ille nr̄a
est industria p quā emergē q̄rimꝰ. ⁊
pculdubio quousq̄z leuemꝰ oculos
in celū vñ veniat auxiliū nobis q̄us/
q̄z fiduciā nr̄az totā in deū iactemꝰ
quāto plus innitimur solo nr̄e indu
strie baculo tāto in pfundiorē abys
sū nr̄e prauitatis demergimur q nō
nisi fetorē tetrū et horridū reporta
mꝰ. Quid ergo diceret aliq̄s tempta
bimꝰ ne deū aut pleni oscia pccoꝝ i
deuoti sordidi distracti et distpati
ad sacramentū hoc salutiferum sub
spe misericordie solisꝰ accedamꝰ? Di
ri iā vt agat nr̄a industria q̄d pote
rit. vt sit absq̄z oscia pcci mortalis.
Sed in illa nequaq̄z speremꝰ alioq̄n
supbimꝰ. alioq̄n maledictionē incur
rimꝰ q̄ ponimꝰ fiduciā in hōie q carnē
brachiū nr̄m. Agnoscamꝰ q oēs
iustitie nr̄e sūt vt pānꝰ menstruate ⁊
velut leprosi fascie sup quibꝰ stilla/
mꝰ quotidie sanie pccoꝝ. Qua fron
te igit̄ qua ve audacia infectionem
ad placādū deū audebimꝰ ostendē?
Caueamꝰ ne potiꝰ irritet̄ plane sic ē
Si mille annis valeret aliq̄s se dis/
ponē ad dignitatē celebratōis nec
sic p se attingēt. Quid idcirco in bre
ui morula facere poteris diectura?
Interrogat se frequent̄ ille cuiꝰ sup
memini si dignꝰ est accedere. si suffi/
cienter prepatꝰ. hesitat primū tremi
scit reformidat q̄z. Tandē sic respō/
deat sibi ipi. Interim quantū in me
est nihil deo ꝓpicio de certo mihi sū
cōscius super pccō mortali aut pec/
candi ꝓposito. pcca etiā venialia nō
dfessa nequaq̄z obsistunt. Scio etiā
ex aduēso q iustus est dñs qui si ve
lit exquirere vehement̄ debita mea.
si iniq̄tates obseruare. si mecū in iu/
dicio dtendere. neq̄z sustinebo neq̄z
potero respondere vnū p mille quā
libet lotus fuero attritꝰ cōfessus la
crimosus. Quid ista sūt. ve mi si non
cū misericordia magna valde dñu/
dicer. Quid scire possū si forte late/
ant me vicia mea. merui q̄dem exce/
cari qui visu meo spūali primitꝰ sup
modū abusus sū dū videns bonuz
id adimplere dtēpsi. Sed hoc vnū scio
q apud dñm misericordia est et co/
piosa apud eū redemptio. q pieta/
tis eiꝰ fontē nulla pōt nr̄a iniquitas
euincere vel siccare. q vel si decreue
rit saluare nemo est q̄ ademnet. Pre
cipit vt sperem in eo et me totum in
suas manꝰ ꝓficiā. obedio vt possū.
Nō est crudelis aut mendax. venien
tē ad eū nō eiciet foras. prouolutū
suis pedibꝰ non indignant̄ abiciet.
Puenit me demū in bñdictionibꝰ dul
cedinis dum mihi displiceo. Spero
eq̄dez ipe qui cepit pficiet et illumi/
nabit abscōdita tenebraꝝ ne vnq̄z
obdormiā in morte. Fornicata es o
aia mea cū amatoribus tuis. Jubet
pius sponsus per os ꝓpheticū vt re
uertaris modo etiā te suscipiet. Etsi
milies abscesseris. dtempseris. irrise
ris. te venientē nō repudiabit. peni/
tentē nō aspernabit. Siq̄s ex hōibꝰ

talia diceret crederes et aspirares et accederes de' hoc dicit. de' hoc pollicet.imo de'hoc impat et tu dif fidens nõ accedes.Nõ est istud con siliũ o aia mea. In sua igit veritate nõ tua vanitate fidens volũtarie si/ bi sacrifica Immũda es accede mũ dãda.ad fontẽ puritatis incõtami/ nabilẽ.Esuris.accede pascenda ad panẽ viuificũ et indefectibilẽ.Egro tas.erit hoc efficacissimũ tue inuali tudini medicamentũ fluxũ pateris nec sanari potes a medicis tuis scz exercitijs.tange plena fide cũ emor roissa Martha ꝑm Ambro. fimbriã vestimẽti Jhu sacrosanctã videlicz hostiã vt purgeris.Si pcussã te sen tis a serpentib' puersaꝝ temptatio nũ.q̃d restat nisi vt serpentẽ xp̃m ele uatũ inspicias?Si dicis cum ꝓpha. Qm̃ vnica et paup sũ ego. pticeps esto sacrosancti hui' misterij habeb xp̃z comitẽ fidũ q hospitẽ ditissimũ Cecã te fortassis debilẽ q claudam ꝯq̃reris.memineris qm̃ tales ad ce nã magni regi. inuitant q intrare cõ pellunt Lubrica sũ inq̃es q instabil. ꝗ hic panis.ꝯfirmat cor. Tristis es et anxia.sed vinũ hoc letificat Inq̃e tant te et turbãt plurima. adhere ei qui turbidos fluct' sedat qui ẽ par nr̃a qui ait.In mũdo pressurã.i me pacem habebitis. Peregrinaris a dño sed in fortitudine cibi hui' am/ bulabis vsqz ad montẽ dei. Quid ergo tandez formidas?Quid expa uescis o aia mea?Quare q quousqz ꝯturbas me?Spera in deo q libera

bit te.enutriet te.nõ ꝯfundet te. Su spirabũda forte queris. vbi est de' tuus. In hoc certo duiuio in q̃ xp̃s sumit recolitur memoria passionis. mẽs implet gr̃a et future glorie no bis pign' dat. Crede hoc bona et simplici fide.nec curiosa discusseris existentie modu z. sufficiat tibi ꝙ nõ est hic modo alioꝝ corpoꝝ suis lo/ cis ꝯmensuratoꝝ. Ꝓterea vane ne dicã stulte querũt aliqui vbi caput vbi pedes qualis sit' qualis ad ho stiã partiũ coordinatio vbi xp̃s esse dicit quare et q̃uo.Qm̃ facta est in eius corp' transsubstãtiatio panis omnipotenti virtute diuinitatis.Si nõ hoc ꝯphendis neqz ꝓfecto q̃ntu lãcunqz rẽ aliã quo ad infinitas ei' habitudines et ꝓprietates ꝯprehen dis.da locũ fidei vt meritũ habeas et eã quã sine merito das nature fi dẽ.da cũ laude reuerentiã q in eius obsequiũ volens te captiua

Decima cõsideratio

Non ꝓter timorẽ cõtaminatio nis corpis xp̃i illud cũ mundi cia corpali monemur cõtrectare. ꝗ ad indeuotionẽ aut scandalũ in no bis vel alijs deuitãdũ.Cõsideratio ista paꝝ etiã instructis manifesta ẽ valet tñ nõ mediocrit apud scrupu/ losos vt si forte corpalis aliqua sor dicies ip̃is nolẽtib' aduenerit reco gitẽt ad xp̃i corp' nihil hanc attinẽ seruata in animo mũdicia et reuerẽ/ tia sanctitatl.Fuerũt q̃ dixerãt ip̃az hostiã cõsecratã nullo mõ in ventrẽ

De materia

rem comedendo demitti sed statim
in celū rapi ꝯtra experientiā quotidi
anā atq; catholicā veritatē q̄ ponit
corpus xpi vē comedi. Fefellit eos
hmōi ofidēatōis obliuio dū putāt
indignū sentire vt corp' xpi vel ho/
stiā sacrā in fetulētū stomachū nr̄z
deueniat. q̄i videlz polluat aut fede
tur plusq̄z radi' solaris aut spūaliū
substātiaꝝ aliqua Dicāt ergo si sic
iudicant more carnaliū iudeoꝝ aut
paganoꝝ. cur xpi corp' i maternis
viscerib' et secū dina pellicula mensi
b' nouē obseruatū et obuolutū esse
voluit Debet vtiq; ratio corrigere
sensuale iudiciū ne blasphemiā im/
piā reputem' ipāz rei sincēissimā ve
ritatē. Caueam' a tali spurcicia re/
cogitanda p timorē crebrū. qm̄ infi
cit hec rememoratō plus q̄z purget
Assuescat hō spūaliter spūalia dīju
dicare et sentire. sic cm̄ multis et va
rīs fantasmatū inquietantiū impu/
dicicīs semet absoluet. Sic ea min'
curabit q̄ reuera min' curanda sūt.
corpales loquor sordes Sic deniq;
magis in cōsciētie q̄z corpis purita
te ofidet Cōcludam' tādē epilo
gātes vt nemo celebratur' euidenē
sibi q̄rat certitudinē sup dignificati
one sua. vexarē incassū. habeat illā
q̄ dicta est preparationē et sufficit. nō
confidat in multitudine virtutis sue
q̄ in repetitione ofessionis aut deuo
tionis aut recollectionis serenitatē.
Pōt em̄ fieri vt ofessio crebra super
venialib' obsit de p accidens. Quō
sic? Dicā Reddit q̄ppe aiaz plus iu

celebrationis missaꝝ

sto solicitā et pauidā et oia etiā mi
nima timentē vt de ipa etiā ofessio/
nis imperfectiōe intrepidet et vrgeat
itez cōfiteri. Dabo tñ documētū p
qd̄ nlla ofessiōis mltiplicatō inde
tatōis causa erit Si videlicz fiat nō
tanq̄z reputet p tūc ad salutē neces
saria aut ad celebratōis illi' dispoſi
tionē req̄sita. Sz qr est opus bonū
et priuilegiatū. ad indulgētiā q̄z aut
grē augmētationē nō paꝝ pficiēs
Porro diligat aia deū a' iqñ necesse
est et se in man' eius pficiat. alioq̄n
si se expelli a facie domini et repelli.
sue indignitatē iugiter timendo. et
habēdo deū de seueritate suspectū.
iugiter recurua erit ad omodum ne
vnq̄z exaltata se sūbehet. Quāobrē
ascensura in montē aia et gaudium
suū immolatura cū abraaz relinq̄t
inferius asinum suū cū pueris suis.
Rudiat tibi asin' pstrepent pueri fe
da sint hec oia. nihil ad se q̄ in mon
te stat (h̄ est in vertice rōnis) ptine
bat. Nō imptinent hoc loco visionē
inserem' quā beato pri Celestino
monstrasse memorat ille q̄ docet ho
mines etiā p somnia sciaz. visum est
eidē pri sopozāti q̄ aulā regiā pcel
lentissimā cū asino suo inuitat' ascē
deret Dic asin' tributū ventris per
viā soluit. exhorruit vir purissim' et
abominat' est hanc nō iniq̄tatē sed
inq̄nationē et pgredi formidans re
gredi moliebat quousq̄z benigniter
ammonit' est voce de throno lapsa
nihil ad sui vel aule regie spūalis cō
taminationē ptinere id qd̄ se nō cō
scio naturalia necessaria q̄z su' asell'

corpulentus et irrationabilis expulerat. Plane sic est et dicā amplius Euenit nōnunqz vt turbationes pugne deordinatōes q feditates inferius sensualiter agitate succrescē faciāt supi' meritū nrm sicut econtra magna vtrobiqz serenitas superbie ventū omnia fundit' euertentē. repēte nōnunqz inducit Tmmodo exinaniat se aia quantū poterit nec ob aliud contemplationi vel studio aut quieti cuilibz insistat nisi vt apud se exalteē de' ac pinde magis ac magis humiliter et in suā paruitatem imo nihileitatez resiliat. et resiliens cadat et deus suscipiet eā. Hec via tuta est regia secura Peniqz viā loquēdi omēs pariter audiam' Deū time. de te desperans. in se fidens et mandata eius obserua. quod in te est nō omittens hoc est omis homo

Explicit tractatus sup materia celebrationis misse. aut de pollutione nocturna venerabilis mgri Johannis de Gersonno

Incipit tractatus venerabilis mgri Jobis gerson de cognitione castitatis et de ḋnqz pollutionibus diurnis.

Cripsi prideē aliqua super prepatione ad missam sub decē cōsiderationib' occasiōe sūpta pncipaliter ex matēia pollutionis nocturne. Nunc autē de pollutionib' q̄ videnē accidē vigilādo. quesita sūt a me aliqua q̄ solent timorates ofciētias plurimū turbare sicut frequenē ex diuersis psonis vtriusqz sexus tā in cōfessione qz ex potui ppendē. pterea osuluui nedū doctores in scptis eorz sup hac re. Ez etiā colloquiū habui cū exercitatis et discretis in cōfessionis materia imo et a medicis hmōi multiplicis et varie pollutionis causā inquisiui. Peniqz preparet se lector audire caste id qd̄ pro castitatis cognitione necessitas cogit aperire

Prima consideratio

Resupponēdū est igiē in pmis q̄ a corpe hūano defluit multiplex humor p meat' mēbrorz pudēdorz q̄ generatōi deputata sunt. vn' est vere seminalis. ali' vro vrinalis. ali' quodāmodo medi' qui pōt appellari saluialis vel sputalis. ali' addiē humor pcertim in mulierib' q̄ nōiat mēstrualis. et huic filis qñqz masculo accidit ex infirmitate. Porro facile est satis ognoscē patiētib'

scdm et vltimũ fluxũ qñ scz ille ê vere vrinalis vl vere menstrualis sicz em̃ suã distinctionẽ in colore et liquiditate et tales exeũt pterea vt cõiũk sine multa delectatõne in mẽbris genitalib' psertim nisi cõiungank alie cause delectatõis sicut infra docebitur. Cetez humor ꝓprie seminalis q hũor ille medi' nõ ita facilik secernũtur ꝓter silitudinẽ in albedine q viscositate seu tenacitate q quadã spissitudine. habẽt nihilomin' distinctas ꝓprietates et diuersos ort' et meat' vñ defluũt. qd̃ dearticulati' ognoscere spectat ad medicos. Est itaqz hmõi semialis supfluũ vltime digestionis. supfluũ nõ in qualitate ꝫ in quãtitate. habẽs em̃ natura sufficientẽ cibũ p alimẽto corpis mittit ex om̃ib' mẽbris qd̃ sũpest ad vasa genitalia nũc pl' nũc min'. Et qñ supabundat ipi nature conak expellere tandẽ illud supfluũ qd̃ fit vl in actu generatõis seu ocubit' vel p euaporationes siles sudorib' vel p aliqs fedas distillatões. qñqz sine somnio aliqñ cũ delectatiõe. aliqñ impcepti biliter nõnunqz in vigilia. qbus daz venit tã volũtarie qz inuolũtarie modis valde multis nũc ex vicio nature. nũc ex vicio culpe. Rursus hũor ille medi' fit ex quadam supfluitate alimenti nedũ in quãtitate sed et in qualitate qz scz inept' est nutritioni inept' similik generatõi velut in salua videm' et alijs supfluitatib' defluentib' a cerebro. tã p os qz p nares. istis pax et rarius. et alijs abũdantius et crebrius Immiscet autẽ se talis humor medius cũ vrinatiõe aliqñ p se defluit sine cogitatõe et sẽsu. qñqz vero fit cũ delectatõe q pruritu quodã plus qz in vrina q̃ tñ vrina qñqz cũ inordinatõe quadã exit Puto etiã nihilomin' q vix aut nũqz causat iste flux' hũoris medij talẽ modũ delectatõnis et ocussionis q̃i toti' corpis specialik in pudẽdis nec ita pstringit aut obnubilat in suo exitu iudiciũ ratõnis sicut venit vere in hũore seminali. qm̃ q ille humor seminalis magis digest' et ad causationẽ libidinose delectationis nisi p infrigidationẽ aut aliũde corrupt' sic ꝓportionabilior inuenitur. Habet insup hũor iste medi' q ex leuiorib' causis ac maiori facilitate mouek ad exitũ qz seminalis. psertim in mulierib' adeo q ex leuissimo motu corpis de loco ad locũ vel inclinatõe absqz aliq̃ cogitatõe et absqz sensu ꝓueniat. Ex effectu ẽo pcipik p sordidationẽ quandã viscosaz in carne sua vel in pãnis. Euenit ãt facili' et nõ sine aliquo sensu ocomitãte vel ꝓuio. dũ psonã pulcrã siue dilectã siue turpẽ siue iuuenẽ siue senez siue secularẽ siue religiosam et qñqz deuotam aspiciũt aut tangũt aut ei arridẽt aut ofabulank aut iocantur etiã vbi nihil de ope carnali volũt aut putãt nedũ dicam peragere ꝫ nec cogitare

Consideratio .4.

Attendendũ est scdo pncipalik

circa hãc materiã ꝙ delectatio seu
omotio libidinosa prurit' seu titilla
tio puenit in mẽbris q̃ loq̃mur fre/
quenť absq̃ fluxu quocũq̃ Sũt eñ
fumositates alique q̃s medici vo/
cant spũs q he supcalefaciunt q in/
flant et distendũt venas et neruos
in mẽbris illis. fit q̃ stimulatio que
dã vt prurit' vel titillatio q̃ dũ q̃rit
extingui vel sedari p attrectatõnẽ sẽ
tiť q qñq̃ opleť delectatio libidino
sa sine quouis fluxu. ptz hoc in par/
ua adhuc etate q̃ nondũ apta est se
minatõi ꝓter defectũ seminis vel
artationẽ venaꝝ Suscitať ãt hmõi
prurit' et talib' fumis seu spiritib'
tã ab intrinsecis p imaginatões for
tes vel sordidas spẽs. marie aũt p
imaginatões libidinosas et turpes
q̃s ab extrinseco p allocutões pra/
uas aut p aspect' lubricos aut ta/
ct' impudicos p se vel aliũde ꝓuo/
catos. Q̃ si p oplementũ delectatõ
nis et talib' absq̃ omni semine cor
rũpať vere ipa virginitas iuxta sen
tentiã quorũdã mgrõꝝ. Sheu proh
dolor q̃z in paucis maneret virgini
tas cogitatione stupor est nisi forsã
in pueris et puellis hãc excuset defe
ctus sufficiẽs iudicij rõnis. Dicẽdus
est ꝑterea ꝙ nõ ois prurit' circa mẽ
bra pudẽda debet iudicari ꝓrie li/
bidinosus. nec etiã cessio eius vl ex
tinctio p vacationẽ ac aliť dz appel
lari luxuriosa delectatio. Videmus
itaq̃z q̃ũo in alijs membris crebro
pruritũ sentim' quẽ vnguib' scalpẽ/
do vt iuxta vulgare loquar sopim'

vel extinguim' Est ãt hec passio nõ/
nunq̃z ita vehemẽs vt etiã cũ vulne
ratõe carnis p vngues et effusiões
sãguinis vix recedat q̃ passio si mẽ
bra illa genitalia inuasẽt cadit prs'
i magnã ãgustiã q̃ h̃ pati cogiť dũ
dtra hmõi pruritũ ꝛmediũ q̃rit (q̃le
fieret in alijs mẽbris) ipe i pollutio
nes fedas et vere libidinosas atq̃z
culpabiles ꝓlabiť. Tradũt insuper
medici ꝙ in mẽbris eucnit q̃dz pas
sio dsurgẽs ex q̃busdã fumis distẽ/
dentibus venas membroꝝ istoꝝ et
neruos adeo ꝙ sedari nõ ꝑt etiã p
vsũ carnalẽ vel aliã attrectationem
quẽadmodũz narrat Juuenalis in
quadaz matrona nobili rhomana.
Est igiť in hoc casu vel silib' tanq̃z
de vera egritudine ad medicos re/
currẽdũ Peniq̃z pz ex istl. ꝙ pueri q
puelle cũ sobrietate atq̃z disciplina i
cibis et potib' atq̃z societatib' custo
diẽdi sť ne ab intrinseca cã vl extrin
seca dsuescãt hr̃e libidinosas hmõi
dmotiões pcci in sua carne. Alioq̃n
pruent ex dsuetudine velut in quan
dã ncĉitatẽ hoc agendi p̃cipue duz
etas grãdior aduenerit. Delectatio
insup improbior q vehementior sen
tiť. qua in re dfessores vel parẽtes
dmonitionẽ aliquã debent facẽ pue
ris et puellis vt a talib' abstineant
nec a se nec ab alijs turpiť se tracta
ri pmittant. Attendat quilibz discre
tus ex p̃missis q̃d agendũ. et vide/
at ne dũ nimiũ seruať loquendi pu/
dicicia. sequať operũ maior inordi
natio. et dfessio de talib' nulla fiat.

De cognitione

Attendat ex aduerso ne dñi phibitio fit expssa ipa conatũ adaugeat. verũ nãqz est illud poete. Nitimur in vetitũ. Porro si parẽtes phibeant filias suas ab osculis virorz et adolescẽtulorz similiẽ et filios a puellarz otrectatõib⁹ cur non poterũt filios coartare verbis aut verberib⁹ ne se ipos aut se ipas inuicem male otrectẽt cũ sit vtiqz hoc flagitiosũ qz altera et eo plus habẽs piculi quo minor est illic verecũdia et licentia maior? Sileo hic de stultis. imo nefarijs parẽtib⁹ erga suos et suas nimia familiaritate conuenientibus. Sileo de ceteris vel seruis vel ancillis vel alijs q̃ pniciẽ hãc cõtagiosissimã inducere sub quadã ludi specie nõ verenẽ. Ne ve mũdo ab hac corrupti one viarũ omnis carnis

Consideratio. iij.

Attendam⁹ tertio pncipaliẽ q̃ in theologico vel morali negocio dñi inqsitio fit de aliquib⁹ effectibus vel opib⁹ an sint vel qualia sint pcca. facienda est resolutio pncipalis et finalis ad libertatẽ consensus vel dissensus in talib⁹. Et inde pcẽm dicẽte Augl. adeo est volũtariũ q̃ si nõ esset volũtariũ nõ esset pcẽm. Et iurta cõmunẽ doctrinã. act⁹ exterior sup interiorẽ nihil addit malicie vel mortalis culpe. Ea ꝓpter pollutiones vel fedas distillationes ex mẽbris genitalib⁹ pl⁹ respicit oueniẽt originẽ moralẽ qz naturalẽ. Iz ostde ratio naturaliũ pficiat ad moraliũ cognitionẽ plenorẽ quẽadmodum circa irã. inuidiã. gulã. et circa alia vitia pcipue carnalia q̃ materiã vel fomentũ trahunt satis patet

Consideratio. iiij

Resupponam⁹ igit quarto p decisione materie pfitis ac similiũ oformit ad doctrinã Augl. de processu temptationis in nobis sicut in Adam fuisse scptura omemorat. Et dicam⁹ q̃ omotio libidinosa cõsurgit p statu nature corrupte. nobis etiã inuitis. Et sepissime etiã pueniit omẽ iudiciũ rõis neqz p cõsequens subest arbitrio aut osensui libero iurta Augl. dicentẽ. Nõ ẽ in ptãte nra qb⁹ visis tãgamur z est in ptãte nostra respuere vel acceptare. Intelligẽ similiẽ de auditu q̃ olfactu. de tactu et gustu Prouenit ãt hec inuoluntaria pueniio ex corruptione nature p pcẽm originale p statu nature lapse. p statu vero nature primitus institute et integre talis pueniio viciosa nequaqz otigisset. Fuisset eñ regimen hõis taliter ordinatum q̃ ratio suũ dominiũ sup sensualitatez absqz vlla preuentiõe vel rebellione seruasset. ꝓterea reputat ois omotio talis libidinosa pueniẽs iudiciũ rõnis esse pcẽm saltẽ veniale qñ ipa osurgit pter vl otra iudiciũ dñe sue rõnis. Verificat pinde. dictũ illud sapiẽtis. Nullus est absqz pcẽo etiã infans vni⁹ diei. pueniẽt quippe in

quolibet filio de non priuilegiato omotiones hmoi pter vel otra iudi
ciũ rõnis. Et ita sumẽdo large pccz
veniale absqz tali diu viuẽ nõ vale/
m'. Dicit aũt talis cõmotio volun
taria magis a peccatrice volũtate
pmi hõis qz a pria. Ptẽa si debet
prie appellari pccm ec veniale op/
tet vt aliq̃ mõ pria voluntas sit in
causa.

Consideratio. v.

Nunc quinto accedẽdo ad in/
uestigationem principalis dubij
qñ talis cõmotio libidinosa est pec
catũ mortale et qñ nõ. qm̃ de venia
li attentis pmissis nõ est facienda p
scrutatio scrupulosa vel dubia. Cõsi
derem' qualiter ad illã cõmotionem
seu temptatõez se habeat libera vo=
lũtas et fieri pt multiplicit. Volun/
tas vno mõ se hz pure puatiue tam
directe qz indirce. hoc est absqz omni
actu suo volitiuo p omni differentia
tpis q̃ nec aũ voluit q̃ illa cõmotõ
fieret nec aliqd disponẽs p se ad il/
lã voluerit dũ fit. aut postqz facta ẽ
nõ aduertit. et ob hoc circa eã non
cõsentit vel dissentit. aliũde forsitan
occupata vl i somno. Volũtas alio
mõ se hz pure positiue tã directe qz
indirecte hoc est cũ actu volitiuo vl
nolitiuo sic q̃ antea voluit deliberate
vel noluit q̃ illa cõmotio fieret. a
dũ fit vel facta est placet sibi vel dis=
plicet deliberate sic q̃ hz cõsensũ vl
dissensũ libere in tali cõmotione ac/
ceptãdo illã vel deacceptãdo cũ ad

uertẽtia q̃ ita vult vl q̃ ita nõ vult
Volũtas alit se hz circa omotionẽ
illã libidinosam q̃i medio mõ sic q̃
neqz se hz pure puatiue nec volẽdo
secz illã nec nolendo. Et similit se nõ
hz pure positiue volendo delibera
tiue illã vel nolendo et ad eã actua
liter se cõuertendo sed se hz q̃i dissi/
mulando vel dormiendo vel nõ cu/
rando ita q̃ nec expresse vel actua/
liter consentit in illã cõmotionẽ libi=
dinosã nec dissentit expresse sed dis=
simulat et dormitat dũ attendere
vigil esse tenereť. aut dũ aduertit pi
culũ nec tñ obuiare vel resilire cona
tur

Consideratio. vi.

Quocirca dicamus sexto conse
quẽter q̃ distingui solet in vo=
lũtate duplex consensus. vnus com=
pletus deliberatiu' et directus alit
incõpletus vl interpratiu' et indire/
ctus. Primus fit dũ voluntas suffici
enter et actualiter aduertit per iudi
ciũ rationis reflectentis se sup se q̃
sic vl sic agit. vult nihilomin' sic age=
re et hic consensus est cõmuniter sa
tis notus etiã apud parũ eruditos
vel in moralibus vsitatos quia ple
nus est et directus. Alterũ vero cõ
sensum quem dicim' interpretatiuũ
difficili' est aduertere. Nam fit mul
tis modis. Vnus modus est qñ ra
tio debet esse puigil circa aliqd re
primendũ vl repellendũ dũ iã insur
git actualit z omittit et negligit re/
pellere quasi tacẽs. Juxta illud vul

gatū. Qui tacet ꝓsentire videt. Sic nauta negligens dicit causa sūmersionis nauis. Notant ꝛo ꝛo ꝛ qñ ratio ꝛ esse puigil circa aliqd repmendū. qz si act' esset indifferens vel talis circa quē ratio nō deberet laborare ad repellendū seu repmendum qz scz nō imminet piculū pcci p silētiū suū tūc nō ꝛ volūtas in tali silētio cōsentire. vñ potiꝰ aliqñ deberet dici dissentiēs sicut fit in temptationib' blasphemie et multis alijs quemliꝰ vincunt silendo siue nō aduertendo q̄z pugnādo et directe conādo. Sic in ciuilib' qñ q̄s qd vez est aut qd tacet aut audit et nō statim videt ꝓsētire imo veriꝰ dissentire iudicat. Alia regula dicit. q̄ tacet non cōcedit nec negat. Ampliꝰ vero fit cōsensus iste scdus nōnunqz indirectus. qñ scz voluntas aliqd vult vel agit ad qd solet sequi aliqd qd est pcēm vt cū aliqs inebriat se volūtarie ad qd sequit dormitio et ex dormitione omissio surgendi ad officiū diuinū ad qd obligat. Dicitur hec omissio surgēdi volūtaria indirecte scz ex pmario cōsensu modo dicto. Actꝰ vero cōsequētes inde tātū habent de vitio quantū de consensu in pncipali actu puio. nec ampliꝰ si inde adderet aliꝰ ꝓsensus. Possumus alijs verbis distinguē de ꝓsensu volūtatis et similit de dissensu. vñ ꝓposito aliquo obiecto culpabili. volūtas pt se habē circa illd septēplicit. Uno mō qz vult obiectū illud esse Alio mō qz vult interpretatiue seu imputatiue. Itē vult illud directe vl' indirecte. Itē vult illud plene, et pfecte aut vult illud semiplene et imperfecte Itē postremo hz se suspēsiue et q̄dāmodo neutralit q̄i scz nullū hz actū volendi vel nolēdi circa illud sed tenet iudiciū rationis in suspenso vel ad aliud se diuertit Et hec distinctō si bñ ꝓcipiat clauis est in omni negocio mozali ad apiēdū exitū difficultatib' innumeris •

Consideratio. vij

Dicam' vltra septimo q̄ circa actū carnalē aut aliquē hmōi actū ꝓpositū volūtati ipa se pt hre multipliciter. Uno mō qz ꝓsentit in opus si facultas adesset. aut nisi pudor vl timoz hūan' impediret. Alio mō qz lz refugiat et horreat ꝓsentire in op' tale nefariū Ipa nihilominꝰ versat et reuersat in aio suo cogitationē de illo. Et itez pt fieri multiplicit. Uno mō vt deliberate plene et directe i hac cogitatōe delectetur. et hoc pcēm ē in illo cui phibit' est carnalis ꝓcubit'. secꝰ in vrozati. Si em aliqs actꝰ phibit' ē. ꝓsequet delectatio. Similit si actꝰ pmittit. pmittit sil delectatō cōsequēs dirēez de p se ad illū actū. Notant aduit. et de p se et directe qm inspicē multerē nō ē de p se pcēm. sic nec delectatio de p se ꝓsequēs hz de p accidēs ꝓsurgit crebro delectatio illa libidinosa in incōtinēte q̄m ꝓtinēs nō haberet. Hec āt regula multū notanda est ꝓtra scrupulos ex vna parte et ex altera parte ꝓtra periculū ꝛplicitis etiā caute dimittendis. Cogi

tat alio modo talis circa carnalem delectationē vt eā posset satagēdo et conādo q̄i p vim vel industriā repellē et nō sp expedit sic nec pugnare cū venenoso serpēte dū alik pt declinari Cogitat alio modo ex quadā sola curiositate q̄ sepe noxia ē ⁊ criminalis. Cogitat alio mō qz nō aduertit piculuz imminē sibi p tali cogitatiōe ꝗ i exercitiū virtutis sibi ꝟuertik et hec esset virtuosa. et caue ak sufficienter piculū. Cogitat alio mō qz vult et cogik de hac materia docē alios vel de ipi' ꝟditione plenī' edoceri. et si hec agit cū appositione inculpate tutele. nō peccat mortalik. etiā vbi pollutio seq̄rek Sic dicerek cū hō cogik audire ꝟfessiones aut eq̄tare et siqua sūt similia. Denīq̄z volūtas qñq̄z se hz ad actū talē ꝓpositū quodāmō neutraliter vel suspēsiue qz nō expedit circa hec deliberare vt si sit loci et tpis importunitas. aut si ponak sibi q̄d mallet. vel in actū illū ꝟsentire vel ꝓpetuo ardē. tute facit si nō deliberet d̄ vtraq̄z pte ꝓpē piculū incidendi vel in p̄sumptionē falsā si eligēt ꝓpetuo ardē vel in pccm mortale si eligēt in actū illū ꝟsentire. Hec ē cautela ꝟueniēs multū et expediēs aduersus interrogatōes q̄ vel int' vel exterius curiose fieri solēt vel ponī vbi piculū imminet quicq̄d eligak. ⁊ ita relinquik verificatio illi' puerbij vulgaris. Silē meli' ē q̄z stultitiā dicē. sic agebat q̄ dixit. Et fact' sū sicut hō nō audiens et nō habēs in ore suo

redargutiones

Consideratio. viij.

Deniam' nūc octauo ad respōdendū q̄busdā interrogationib' in hac materia de pollutōe q̄ fiēt vigilādo. et ꝓpōes aliq̄s ānotemus q̄ ad materias alias deducte prebē potuerūt occasionē cognoscendi veritatem de peccatis

Propositio prima

Illa pollutio diurna vel nocturna pl' hz de pcco q̄z fuēit de ꝟsensu circa illā in libero arbitrio Sic de ira. inuidia. gula et sikib' ꝟ. Ptz ꝓpositio ex tertio notabili. Nisi si nullus fuerit assensus ver' vel inēptatiu'. direct' vel indirect'. pfect' vel impfect'. nullū ꝓsus erit pollutio illa pccm. Ista est exp̄ssa Aug'. snia de ci. dei. loquētis de corrupta p violentiā Dicit em̄ q̄ illa delectatio nullū est pccm in corpe dissētientis. sicut nec in corpe dormiētis. Et Bonauētl. dic eū loqui etiā de pcco ꝓprie veniali Si āt fuerit alter istorū ꝟsensuū tūc iudicād' erit de q̄litate et quātitate pcci ꝓportionabilik ad ꝟsensū. Cōsēsus itaq̄z ver' pl' hz culpe q̄z interp̄tatiu' ceteris parib'. et ꝟsensus direct' plus q̄z indirect'. et cōsensus plen' plus q̄z impfect'. imo cōsensus ver' dū impfect' ē ex fragilitate vel ignorātia sepe reputak solū venialis q̄ si pfect' esset mortalis diceretk. Similiter consensus indirect' nō pl' causat in sequētib' acti

bus de malicia q̃z ipe sit mal'. q ita pollutio veniēs ex solo ꝛsensu i cra pulā venialē dicēda est solū venial'. Exemplū ꝛ incestu Loth ꝛm doctores. et hoc valet ad materiā de pollutione nocturna ꝛgnoscēda. imo si iā pccm sit deletū p penitentiā non oportet sequētes act' esse nouas culpas ex ista ratione

Propositio.ij.

Illa pollutō diurna ꝛz ꝓprie dici mollicies nisi fuerit p ꝛsensū libeꝛ vno modo vel alio ꝓuocata vel exorta. Ptz ex ꝓcedēti. qm̃ sic nō fuit pollutio hec in ptāte patientis ita nec pccm. mollicies āt sonat in pccm qm̃ dicit apl's. q̃ neq̃z molles regnū dei possidebūt.

Propositio.iij.

Illa talis pollutio ꝛz reputari casus reseruat' sub nōie molliciei imo nec pccm vt dictū est. Ptz qꝛ nō est mollicies q magis dolēd' est q̃ hmōi est tale aliq̃d ꝓtulisse q̃z egisse vl' voluisse sic ꝛtingit in erectione pudendi intelligit cū ꝛsensu volūtatis. Noditū ē sub nōie molliciei qꝛ forsan in casu posset supioꝛ casū talē sibi ad horā vel quo ad aliq̃s reseruāe. nō qꝛ pccm sit. ꝫ vt magis instrueret et instrueret si sit pccz vel dissētiēs ad pccm seu ad pcci piculū et si sit pollutō ꝓprie dicta hoc tñ generalit et p semp fieri durissimū esset imo stultum

Propositio.iiij.

Illus flux' ex mēbris generationi deputatis reputādus est de se pollutio vel mollicies si nō fuerit vere seminalis. vñ flux' vrinalis vel mēstrualis vel alteri' hūoꝛis medij nequaq̃z appellād' ē mollicies sive pollutio. et ex oñti ptz q̃ nec isti casus reseruāi deberēt sub nōie pollutōis sic ꝓpō ꝓcedēs exponebat. ꝫ dictū est in ꝓpōe q̃ isti flux' nō sunt reputādi ꝛ se mollicies. qm̃ de p accidēs vel ꝓpter adiunctū aliq̃d pōt sec' euenire sic ꝓpositio sequēs ꝛocz

Propositio.v.

Illa pollutōne vel fluxu ꝛtingētib' stat hōiez grauioꝛi q in ꝛordiatioꝛi feditate aiaz suā maculare q̃z fac̄ ali' vere pollut' aut p mollicie. imo p fornicationē. imo p adulteriū vl' sacrilegiū vl' incestū supat'. Deducit hec ꝓpō p illa q̃ de causa delectatiōis et pꝛurit' in scdo notabili p̄dixim'. vñ et ꝓpt hoc spado dicit deflorare ꝛginē. Dicūt insup tā pueri q̃z puelle añ ānos nubiles exardescē in inuicē. Dicūt etiā frigidi et maleficiati nō potētes seminare nefarijs nequissimis nōnunq̃z illecebꝛis semet inq̃nare et eo flagitiosi' sūt ista p ꝛtrectationē illicitā a' alit q̃ diuti' durat viget et ardescit absq̃z sedatōe p effluxū seminis hac ignominiosa labe passionis

Propositio.vi.

Pollutio vel flux' q̃ vel nihil habuerūt de ꝛsēsu nec p ꝛsis de pcto nō ipediūt hōiez ꝛ p se a celebratōe. dicim' ꝛ p se qꝛ ꝛ p accidēs alit ē vtpote qꝛ patiēs scrupl'os' q ti

midus est in hac pte ⁊ faciēs sibi cō
scientiā inqietaz ⁊ dubiā. Aut qz pa
tiēs sentit se ex hac feditate discrali
atū in animo ac deiectū aut qz neqt
sufficienē cogitationes lubricas aut
turpes inde osurgētes depellē. Ñ
notandū q̄ sicut imaginatōes volū
tarie et lubrice disponūt maxie ad
hmōi fedas omotiōes. Ita viceuer
sa somnia nōnunqz de nocte vel co/
gitatōes i vigilia pueniūt ex hmōi
omotione et carnali stimulatiōe q̄/
admodū irat' aliter et alia cogitat
qz mitigat'. et timens qz secur'. Di/
cam' p̄terea circa principale q̄ de il
lo de quo loqmur. licet inuoluntari'
fuerit in patiendo remanet tñ in aia
q̄daz carnalis degustatio. qm̄ sicut
gustato spū desipit caro. ita gusta/
ta carnali voluptate et inuitis desi/
pit spūs. Addūt alij innitētes dcis
bonauēture et similiū dicētes impe
dimentū generale esse eo q̄ reqritur
ad celebrationē mūdicia nedū spiri
tualis a pcto ꝗ corpalis ab hmōi
fedo hūore sboc qualiē habeat vēi
tatē putam' aperuisse duz in tracta
tulo de pollutione nocturna loque/
remur. Ñ dñs de palude erudit'
in legib' tā canonicis qz ciuilib' qz
diuinis dicit de pollutiōe nocturna
Si causā non habuerit culpabilē q̄
debet hō cessare a celebratione. de/
bet inqz de cōsilio nō de p̄cepto sic
q̄ peccet mortaliē si celebret. Sic vi
deē loqui Augl. de quotidie cōican
tib'. q̄ nec laudat nec vituperat sed
eos suo sensui et deuotiōi derelinqt

Ñ si alter cōiugū reddēs debitū
nō arceē a cōione hm Bonauētl. vi/
deē q̄ illa macula corpalis non im
pedit cōionez imo nec impediret ce
lebrationē in sacerdote greco qui si
militer vxori reddē debitū teneē po
stulanti.

Propositio. vii.

Sicut nō omnis illecebrosa co/
gitatio cōsurgens in aia etiā
cū aliquo cōsensu dubio vel interp/
tatiuo vel impfecto. Similiē nec omis
pruritus vel titillatio vel stimulatio
cōsurgens in mēbris genitalibus ex
hac illecebra cogitatōe impediūt a
celebratōe. Sic nec cōflux' inde cō
sequēs de p se impedit. dū ratio nō
cōsentit. vel dū renitiē. nec plene cō/
sentit in illū. Primā ptē vt arbitror
cōcedūt oēs. de scda vero pte fidis
est ratio si p̄positio p̄cedēs attēdat
Consiliū tñ est in hac pte vt vitenē
diligenē occasiones. et satagat hō
ne morosā et sensualē cogitationem
in se qualēcunqz sic figat de aliquo
et circa aliqd q̄n eaz dū vult possit
euellē. Ita accōmoda te reb' dicit
Seneca et nō da cogitatōes carna
les et fluxus inde sequētes absqz cō
sensu volūtario. vincunē plerūqz sa
lubri'. tuti'. et efficaci' si ratio se hz
circa illas p modū nō curātis vel
diuertētis volūtatē ad alia qz si so
liciteē. tristeē. turbeē. et coneē tales
expellē. Poteē i hoc loco tractatul'
i gallico ō remedio otra tēptatōes
blasfemie oposit'. auget itaqz cogi
tatio vehemēs vel imaginatō cona

tũ.ac pinde nutrit cogitatões hu/
iusmodi imo multiplicat et efficacio
res reddit ad fluxũ ꝯsequendũ. De
si dissimulauerit neqz curauerit plus
qz de alteri⁹ hũoris naturalis fluxu
ꝯqescet. Posset aptari circa rẽ hanc
exemplũ de iuuenib⁹ q̃ trabẽ in alto
positã nunqz absqz casu transierint
q̃m audaces p ꝯsuetudinẽ ꝯ aliũde
tota securitate transibũt. Fit aũt di
uersio talis multiplicit omunis. per
impressionẽ sigilli crucis in pectore
vel in fronte qd̃ aliqui reputant effi
cacissimũ. sicut illud signũ ē triũpha
le atqz salutiferũ. sũme pterea hũili/
tatis. vincit ãt hũilitas laqueos di/
aboli dicente Anthonio. Fit hec di
uersio aliqñ p lesionẽ aliquã corpa
lẽ in lingua vel alibi. qñqz p expro/
brationẽ q allocutionẽ seuerã suarũ
cogitationũ tanqz esset aliqs appa/
rens temptator exteri⁹ Phy phy ve
vobis cogitationes vilissime. pcul
hinc abite in malã horaz veneritis.
sũ alijs occupat⁹ Nõ do vobis au
ditũ nõ visũ. discedite ab hinc syre/
nes vsqz in exitiũ dulces Fit et hec
diuersio nõnunqz p irrisionẽ quãdã
talis illusionis consurgẽtis tã multi
plicit in animo et turpit. Fit deniqz
p vitationẽ. p cõfessionẽ purã q nu
dã. et sup̃ modũ p spem et implora
tionẽ diuini auxilij sine quo cõtinẽs
nemo plene esse potest

Propositio. viij

Difficile ē vel impossibile absqz
diuina illũinatõe cognoscẽ cer
titudinalit radicẽ et causã pollutio/
nis diurne si videlz veniat ex cõsen/
su vero vel interpretatiuo. aut cõsensu
directo vel indirecto. aut a consensu
superioris rõnis vel inferioris. puenit
Quod propositionẽ hãc cõsiderantib⁹
esse notã. Ex quo cõsequent inferit
q̃ qz beat⁹ est vir q̃ sp est pauid⁹. et
q̃ bonaz mentiũ est facẽ conscietiã
vbi de necessitate non esset aliqñ fa
cienda. Expedit de talib⁹ cõfiteri q
nõ sine cõcilio prudentũ et exptoz
pter talia nihilipendẽ vel cõtemnẽ
In se ipis aũt expedit q̃ post consi
liũ acceptũ a prudẽtib⁹ exptis et de
uotis dimittat hõ scrupkos q timo
res nimios. alioqn nihilomin⁹ cade
ret in pusillanimitatẽ quandaz q in/
quietatõz sps q̃ nõ posset sufficient
recipe illũ cui⁹ in pace fact⁹ est loc⁹
Nec ascẽdit vnqz talis aia in pfecti
onis sublimitatẽ. Debet ho supior
et expt⁹ cui⁹ in hac re q̃rit cõsiliũ a
subditis. postqz exploraueri oñia
dicẽ diffinitiue et solida rñsione Tu
facita qm̃ si medic⁹ in medẽdo va/
cillauẽit q̃lis in egroto spanda erit
secura stabilitas? Ibinc tragicus ait
Qui dubiam salutẽ dat afflictis ne
gat

Propositio. ix.

Ho obuiãdũ piculis et scrupu
lis q̃ ꝯsurgũt ex fluxu fedo di
urno. cõsiderãde sũt diligent cãe et
radices vt eis agnitis fiat diligẽs
et discreta puisio. Discretã ho di/
cim⁹ puisionẽ q̃ nec velit abscondẽ
causas cũ maiori detrimẽto piculi
et scandalo qz fit hmõi flux⁹ q̃ qñqz
non est nisi venialis presertim dum
humor ille medi⁹ quẽ dixim⁹ nec ex

aduerso pmittit ea licentiose fieri q̃
de se culpanda sũt q resecari facilie
pñt. cuiusmodi sũt lubrici aspect⁹ vi
sus inepti. societas pl⁹ q̃z decz ami
cabilis in se gerens delectationẽ. et
si nõ de p se libidinosã piculosã tñ
et plus equo sensualẽ que nihilomi
nus aliqñ sub officijs aliquib⁹ spũa
lis edificij vt est ofessio vel lectio vl
eruditio colorare imo veri⁹ obscura
re se conat. Sed et caueat aliorsum
supior sibi a suspitionib⁹ nimijs et a
q̃daz vt sic loquar inutili zelotipia.
circa subditos se otineat. non indi/
cens ieiunia excessiua. vel separans
eos ab inuicẽ inutilie et spũalia col/
loquia vel officia vetans eis. Ser/
ua deniqz comicũ illud. Ne quid ni/
mis. Et illud sapientis Noli nimiũ
esse iustus. qz qui nimis emungit eli
cit sanguinem. Difficile est fateor in
hac re se aurea mediocritate tenere.
sed spũalis omnia dijudicat velut in
aere splendido mediãte sole. velut p̃
terea in fonte lucido. et illũ iudicat
sup omnẽ diẽ. Carnalis vo iudicat
velut in fonte turbido et limoso nõ
discernens de grossis. etiã de repti
lib⁹ venenosis immixtis. velut ptẽa
in domo caliginosa vir attrectãdo
discernens hec ab illis. Judicat po
stremo vir inter diẽ et noctem. et ita
frequentissime sese fallit et impingit
in die velut in tenebris. Sed salua/
re illũ debz spũalis ductrix manus
Qõ si renitie se ducẽ spnit si pmon
stratio sibi. si por et abbas suus ma
uult esse dũ transit p tenebras et p
obrupta. portabit q̃dez ille damna

tionẽ suã et dux liber euadet

Propositio. x.

Pollutionẽ corpalẽ qñqz prece
dit osensus. qñqz comitat. qñ/
qz sensus est circa eã non cõsensus.
qñqz vo sensus eã opat. q ita fit nõ
solũ cũ cõsensu vel sensu. z ex cõsen
su. Ultimũ hoz graui⁹ est et reddit
ꝓrie pollutionẽ culpabilẽ. Deniqz
tria ꝑma lz nõ reddãt ꝓrie et de p
se pollutõnẽ culpabilẽ sũt ipa culpe
et pcẽa. Alterz vo qñ scz pollutõ fit
cũ sensu nõ est ꝏ p se pcẽm. imo fre
quent auget meritũ tanqz materia
virtutis dũ resistit violentie passio
nis q̃ dũ sentit ipa magis q magis
allicit et impellit. quare similie resi/
stẽtia hz pl⁹ virtuti. Nodam⁹ q etsi
pollutio corpalis et vere seminalis
diurna vl nocturna nullo mõ dz sci
ent extorq̃ri etiã p sanitate vel alle
uiatõe et corpis vel iudicij rõis cõ
sequẽdi. Si tñ dũ sine tali cõsensu p
curãte eã vel extorquẽte puenit ipa
placeat. nõ qz delectatio est. z qz al
leuiationẽ corpis opat. hec nõ iudi
cat esse pcẽm. Videat tñ hõ pserti
nouiti⁹ ne hmõi cõplacentia se sedu
cat ptendẽs vnũ et agẽs alterz Sa
lubri⁹ est itaqz cogitatões et iudicia
circa rẽ hãc diuertẽ q̃z habere

Propositio. xi.

Pollutio diurna vel nocturna
dum sentitur effluere non de/
bet violenter prohiberi si probabili
ter estimetur q huiusmodi violẽtia
frustra eẽt nihilomin⁹ p exercitatõe

virtutis et p euasione piculi videt expedies vt hō conet phibē qztuz sētit vel expit omode fieri posse. qm̄ etsi hec retētio nocē debeat corpi p derit aie. Natura deniqz postmodū vno mō vel alio talē hūorē a se eij/cit. Ptz in mulierib' puerperis qb' siccant mame dū nō elicit lac. alio/qn sp fluere patū est. Sic pollutōes iste imo et prurit' tuti' nō vtēdo vel nō exercēdo ꝗ abstinēdo vincūtur. Similit āt et expti etiā in pruritu sē suali. Hec āt pollutio etiā in vigilia si in pncipio vsqz ad finē habeat iu/git rōnez et volūtatē renitentē qztū pt iuxta casū negocij volūtas repu tabit nedū non peccasse mortalit ꝗ multiplicit meruisse. Juxta illud btē Lucie Si me inuitā corruperis mihi castitas duplicabit ad coronā Pōt āt casus diurne pollutionis euenire circa eos q hnt de nccitate audire ofessiones vel aliqua talia cogitare vel agē ad q sequit aliqn renitētib' eis toto posse et sibi pcauentib' ab initio vsqz ad finē talis passio fedi/tatis. Q̄ si qs dicit omittat talis q tā fragilis est et lubric' audire ofes siones. pdicare. et silia. Rndet q in multis casib' nō optet hoc fieri ppē nccitatē cōsilij et euitationē scādali et obligationē officij. Sz quales sē isti casus nō pt generalit arte deter minari. Referam' hoc ad illd qd sa piens iudicabit circūstantiaz cōdi/tione pensata. Cōsulo tn vt auditu/r' cōfessiones in hmōi piculo acce/dat preparat' cū timore et tremore. Auertat insup quātum pt facie seu oculū carnis et nō min' oculū men tis ab aspectu sensuali illi' q cōfitet ꝗ ascendat in arcē rōnis. Illic qz re cogitet aiaz illi' velut egrotā q sau ciā qz caro nō pdest quicqz. deinde celebrat' si pt officiū hoc differre post missā suā tuti' agit qm̄ recens hmōi flux' pl' impedit celebrationē qz vet'. Cōstituat ptēa confessor et in illo statu corpis in quo min' scā dalisabit vt stet vel flectet genua vl alicubi se psternet. Sit insup sermo suus dū ad talia ventū fuerit breuis et rigid' psertim vbi cōfitens pat' est nō renitēte verecūdia spōte totū vir' euomē. Sz p affabilitatē quan dā optet a cōfitēte nimis verecūdo nuditatē sue feditatis extorqre. pfe cto vbi maius inest piculū. ꝗ si charitas ad hec feda scrutāda descēdat nō curiositas aut lubricitas iuuabit caritatis auctor de' faciēs cū tem/pratōne puentū. Notent ad intelle ctū pleniorē pmissoz pma sūma cō fessoz titulo. iij. lib. iij. de bigamis vbi qrit quo pdit virginitas. Itez tractatul' quē ascribūt aliqui sāto Thome. ꝗ magis apparet ex stilo et materia q̄ sit Boneuēture q incipit Qm̄ fundamentū q ianua. et est vti lis multū

Explicit tractat' de pollutōe di/urna venerabilis mgri Jobis Ger son cancellarij parisien. Anno dni Mcccclij

De celibatu

Dialog' sophie et natu re sup celibatu siue castitate ecclesiasticorũ per M. Johãnem de gersono Cancellariũ paris edit'.

Dialogus apologetic' p celibatu ecclesiasticorũ cui' collocutores sunt Sophia ⁊ natura Cõtinet act' quatuor pncipales. Prim' inuestigat finẽ hũane cõditiõis qui nõ ẽ pncipalis vt generet ꝫ vt felix viuat Scõs rõcinãdo cõcludit ipi nature q castitas moralis nedũ matrimonialis sed etiã vginalis atqz vidualis in mltis ẽ laudabilis Tertius ꝫ idẽ deducit de heroica castitate q̃lem nature discipuli vel coluerũt vel beatificauerẽt vel oslu erũt Quart' spẽaliter insistit circa diuinalẽ castitatem q̃lis imponit ecclesiastici viris vltro cũ ppetua mrimonij negatione cũ dedicatione ad deũ cum celebri reb' sacris applicatiõe. vbi tãdẽ nature pax ẽ cũ sophia. ¶ Alloq̃tur in primis sophia (q̃ ⁊ sapiẽtia fronesis aut theologia dicit) naturã quã ex inspectione cuiusdã dialogi p egregiũ militem dominũ Guilhermuz Payguet nouit editi indignatam senserat contra votũ castitatis sacerdotum occidẽtaliũ ex ostitutione Cõcilij Niceni. Est igit pncipiũ vboꝝ suorũ veritas euangelij.

Primus actus

ecclesiasticorꝫ. Ccclxxx

